

betur nisi post obitum. Legitima, iure Calaneo, si filii sint quatuor, aut pauciores, est tertia pars bonorum (deductis ere alieno, & expensis pro funere) equaliter dividenda; si vero sint quinque, aut plures, est media pars bonorum & de aliis autem partibus extra legitimam parens potest disponere ad sui placitum pro quo sunt duo carmina.

Quatuor, aut infra, dam nata iura stricte & videlicet tertiam partem. Semelvero dem natis quinque, vel ultra; videlicet dimidiam partem.

2052 Hic autem est sermo de bonis liberis ab ipsis nempe parentibus acquisitis, minime de bonis vinculariis, ab Avia scilicet, aut Praevis in testamento relicta cum vinculo, utrali, vel tali forma, & conditione successiva transeat ad haeredes: de his namque haeredes non possunt in testamento disponere ad sui libitum, sed juxta vincularium formam.

2053 Legitima non debet accipi a toto cumulo haereditatis, si fit debitis prava 2. fed accipi debet ex eo, quod superest, deductis ere alieno, & expensis funeris. Bonar. rom. 2. pag. 206. n. 5. Constat ex ejus definitione legitimam esse detrahendam a toto cumulo accepta a tota hereditate, deductis prius ere alieno & expensis funeris.

Vota autem realia, & legata a testatore relicta, sunt quidem ab haerede solvenda, si non prius deducenda si prius enim ex toto cumulo solvenda sunt, si legatum aliud, aut expensa funeris prius deductis) est accipienda legitima. Ratio disparitatis est, quia vota, & legata oriuntur ex liberali dispositione defuncti, quae nocere non debet haerediti necessario, debita vero oriuntur ex iustitia commutativa, quae nocet haerediti nam nemo potest ex bonis alienis diari; debita autem sunt bona aliena, adeoque nocent haerediti: v. a. num. 1839.

2054 Testator non tenetur dare legitimam filiae jam dotatae. Molina rom. 1. de iustitia tract. 2. disp. 177. pag. 498. quia dos equiparatur legitimae. Imo nullam actionem habet filia dotata in officium testamenti; solum petere potest complementum legitimae ab haereditibus, vel legatariis, si dos fuerit ea minor.

2055 Plures filii esse, in quibus pater potest filios educare. Quod ingratitudinem, si gravem injuriam intulit patri, vel ejus vita infidatus sit, aut manus injecerit. 2. Si nocerem, hoc est uxorem patris carnaliter cognovit. 3. Si cum gravi dampno patrum bene dilapidaverit. 4. Si testimonium a patre contempniverit. 5. Si patri in carcere detento succurrere negaverit fiduciam. 6. Si patrem accuset: ut in num. 1038. 7. Si filia ante annum 25. vitam exeret luxuriosam. 8. Si filius causa valens, quam filius elisisset, impedit, unde videtur; alioquin poterit tenetur necessaria alimenta praestare. Com. Scor. in 3. d. 19. q. 1. litt. C. in a. d. 6. q. 10. litt. E. d. 15. quae 2. litt. I. KK. Maltrius in Theolog. moral. disp. 15. qu. 5. Bonac. rom. 2. Joa. de Cruz. Tamb. rom. 1. lib. 3. cap. 2. Busemb. l. 1. tit. 3. c. 2. Clericatus; cap. 49. Mendo cit.

FRATER

2056 Dives tenetur alere fratres, aut sorores pauperes, etiam si sint uterini, item tenetur sorores dotare, si non sint a Patre dotatae, Molina de iust. rom. 3. disp. 224. Surdus de alim. tit. 1. q. 23. a. 9. & fratres decedenti ab intestato illi succedere. R. Corp. 19. rec. dec. 38. n. 1. 4. Clericatus c. 51.

O B E D I E N T I A

2057 E St virtus moralis inclinans ad implendum Superioris imperium.

2058 Virtute voti obedientiae tenetur Religiosus Superiori obedire quoad omnia, quae praecipit secundum

Regulas, & constitutiones Ordinis, siue directae, & explicitae, siue indirectae, & implicitae.

2059 Ea dicuntur indirectae, & implicitae in Regula contacti; quae sunt sine necessitate, siue quibus Regula commode observari non potest. Adcoque non potest Superior qualvis corporis macerationes praecipere, quamvis ad plenorem Regulae observationem ordinatur. Busemb. lib. 4. cap. 1. d. 4. 2.

2060 Hinc non tenetur subditus obedire in iis, quae sunt contra Regulam; nisi Superior sit talis, qui possit in ea dispensare, & causa legitima addit.

2061 Nec in iis, quae sunt supra, seu praeter Regulam, ut essent necesse habet macerationes, nisi praecipiantur in penam culpe, aut delicti; tunc namque tenetur subditus obedire.

2062 Et subdit Busemb. cit. Nec refert, quod Regula jubent in omnibus obedire: id enim non de obligatione, sed obedientiae perfectione intelligitur. Ita Suarez. Sanchez mor. cap. 2. & Layman.

2063 Si Superior in iis, quae praecipere potest, praecipiat: in virtute sanctae obedientiae. In virtute Spiritus Sancti & in Nomine Jesu Christi: aut simili forma, tenetur subditus sub mortali obedire, quia intendit obligare quantum potest. Sub veniali, vel nullo, si alia forma utatur. Busemb. citat.

2064 Carcat tamen Superior, ne sit levis in praecipiendo in virtute sanctae obedientiae, quia hoc est praecipuum formae obedientiae. Superior est talis, qui non nisi raro, ex gravissima causa, & extrema necessitate, est evaginandus, iuxta dictanda de casuum reservatione, & excommunicationis fulminatio.

2065 Nec peccat obediendo, si ratiocinabiliter credit Superiorem non fuisse praecipuum, si veritatem fecerit. Alarius num. 20.

2066 In dubio, an res, quae praecipitur, sit licita, vel adde iusta causa praecipienda, subditus obedire tenetur. Alarius pag. 228. num. 25. Busemb. cit. Quia Superior est in possessione praecipienda, & nemo est spoliandus jure certo pro superveniens dubium.

2067 Non tenetur tamen obedire, si praesenter timeant grave malum, aut damnatum ex impetione praecipit ortum, Alarius num. 19. Busemb. citat. quia in dubio favendum est ei, de cuius damno agitur.

Omnino vide dicenda in peccato mortali, & de inobedientia formalis, & supra num. 201.

REGULA S. P. DOMINICI

2068 N E Frater, nec Sorores obligat sub culpa in mortali, aut veniali, sed solum ad poenam, nisi propter praecipuum, aut contemptum. Constat ex initio Constit. de Reg. d. Thom. 2. q. 186. art. 9. ad 1. Fagrar. lib. 3. cap. Explicari 3. de observ. jejun. pag. 618.

2069 Poena solet esse in ipsa constitutione taxata, inae ut transgressi debeant ex se poenam implere; & tunc, si non implent, poena venialis peccat; si quis non tenetur sub culpa. Si vero ea poena praecipitur a Superiore speciali praepcepto, tunc non implens culpa non caret: quia tunc praepceptum est ab homine; & subditus ex voto tenetur Superiori obedire; nam poena illa (ut supponitur) est explicitae, aut implicitae in Regula: v. num. 2057.

2070 Contemptus habetur, quando quis aut contra Regulam, in quantum renuit subditi ordinationi Regulae. D. Thom. 2. q. 186. art. 9.

2071 Non erit autem contemptus, si contra Regulam agat ex conscientia, si, aut alia passione, etiam si frequenter; frequentia enim non importat formaliter contemptum, sed solum dispositive, in quantum, qui frequenter contra legem agit, dispensatur; ut tandem contra legem agat, tenens legi subditi; iuxta illud Prov. 18. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, commisit; & tunc est contemptus formalis.

Q U A E R E S

malis. Prologus Constit. Ordin. Trad. Lit. N. Vide infra, de contemptu formalis.

De Regula Clarissimum infra, cum de Jejunio. De voto Obedientiae supra agunt Donatus com. 3. tract. 17. & Pelliz. de Monialibus, cap. 4. & 10.

DE V. PRAECEPTO DECALOGI.

Non Occider.

2072 Homicidium est iniusta hominis occisio. Eodem praepcepto prohibetur mutilatio: Quia est membri amputatio, & omnis laesio corporis.

HOMICIDIUM SUO IPSIUS.

2073 N Emimi licet directe se ipsum occidere, aut mutilare; quia solus Deus est auctor vitae, & membrorum nostri corporis Dominus. Hinc peccat mortaliter, qui se ipsum castrat ad tentationes sedandas.

Immo peccat mortaliter, qui filios etiam consentientes castrat, ut sint apti cantui. Caranuel in theol. fund. a. num. 163. Hos vero a peccato excusat plures Doct. Tambur. lib. 6. S. a. Maltrius disp. 16. n. 16. Quia in horum castratione habetur utilitas; nam solus sunt sonori cantores pro servitio Reipublicae, & Ecclesiae ad divinas laudes, quae utilitas componat nocentum illud coepit, & aequivalere necessitati, unde licet pro necessitate corporis licitum est membrum abscindere, ita pro praefata utilitate castrare. Adde in gravi hos in toto Orbe Christiano permittere.

2074 Non licet damnato ad mortem per summum veneni, aliud sponte sua anticipato tempore facere. Mendo vult. Homicidium, quia est homicidium directum, & positivum sui ipsius.

2075 Homicidium negativum, seu indirectum sui ipsius, tunc habetur, quando quis aliquid facit, vel omittit, ex quo mors sequitur. Potest esse licitum ex bono, & sufficienti fine. Licitum namque est, pro salute Patriae, Reipublicae, Principis, aut alterius personae Reipublicae plus necessariae, morti se exponere.

2076 At non licet morti se exponere ob vitam alterius privati, in quo non relevat ratio publici boni, nisi sit amplexus ira ebrius, quod censetur (ut valgo dicitur) alter ego; quia ordo charitatis a se incipit. Et multo minus licet pro ejus bonis ferri.

2077 In nullo autem casu licet vitam spiritualem animae periculo exponere.

2078 Damnato ad mortem non licet facere se mori ex invidia, Mendo citat.

2079 Licet autem se exponere periculo remoto, ubi est spes evadendi; si licet se longe navigari non committere. Item licet se differere macerationibus, & jeuniis affligere, quamvis praevideat mortem anticipari, Mendo citat, quia est cooperatio valde indirecta, & remota. Non licet autem ita insidere se macerare, ut adit periculum proximum mortis, aut amissionis salutis.

2080 Aliquando licet aliquam causam ponere, ex qua indirecte sequatur mors; & sic i. licet tempore pestis infestis ferrive cum certo vitio periculo, quia directe intenditur solum publicum, 2. ad vitandum incendum, si est alto praecipitum dare; quia hic directe intendit vitare mortem diroicem.

2081 An in bello navali liceat militibus, quibus nulla est spes hostes vivendi, navim incendere, aut perforare, & mari se committere, non cum navi & opulentia praed. in hostium manu decemur.

N egant plures, quia est directa occisio sui, quae nunquam licet. Maltrius disp. 3. n. 34. & disp. 31. num. 102.

Id autem licet, & non esse directam sui occisionem, tenent Busemb. & Tambur. in dec. l. 6. cap. 2. q. 2. n. 8. cum multum. Quia sine directa sui occisione, potest i. quis se objicere telo, vel sicus ad servandum vitam amici; aut Principis; vel ejusdem injure damnari ad mortem vitae vulnere. 2. potest in naufragio tentare, quam pro se arripit, amico credere; 3. potest pulverem incendere ad evadendam curram, & per dendos hostes, quamvis scias, se obruendum. Sic lib. 1. Machab. cap. 9. Eleazarus, ut servum lignum bellum Eleazarus impudens occideret, Eleazarus se suppedit, utique gladio confectus, cuius lapsu iose quosque vincendus erat; & corruis: ita pariter in causa proposito.

2082 Ratio est, quia eo alio directe non intenditur mors, vel bonum publicum, ne hostis portuatur navi cum opulenta praeda, quibus augeatur eius vitae in grave damnatum Patriae, & Principis. Tum quia hoc praepceptum includit duo, unum de non occidendo, & est negativum, quod semper obligat, ita ut nunquam, in nullo casu liceat aliquid directe se occidere: alius de vita conservanda, & est affirmativum, quod prout non obligat ad propriam, vel alterius vitam cum valde gravi incommodo conservandam.

HOMICIDIUM ALTERIUS.

2083 L icitum est occidere aggressorem suae vitae, vel alterius. Item in defensionem honoris, castitatis, vel alterius virtutis, & bonorum necessarium pro sustentatione vitae, & conservatione status sui, & suorum; dummodo defensio fiat cum moderamine inculpatae tutelae. Ratio est, quia haec non est directa occisio, sed iusta defensio; quilibet enim iure naturae habet jus ad tutandam suam vitam, honorem, & bona.

Q U A E R E S

2084 An liceat prius auctoritate tyrannum occidere? Sui nomine tyranni intelligitur ille, qui est legitimus Princeps, fed tyrannice, & directe regit, non ex constituto alicuius fed heredis damnata a Conventu. Constantinus scilicet 35.

Si intelligatur ille, qui non est legitimus Princeps, fed invasor, absolute affirmat licere plures Doctores apud Dianam par. 5. tract. 4. ref. 21. quos sequitur Maltrius in theol. mor. disp. 8. q. 2. n. 27. si major non videntur mala; quia licet occidere hostem, & hic est hostis generis quicquid contrarium bellum cum Regno.

Dico cum Fillucio rom. 2. tract. 28. cap. 1. n. 24. solum licere, dum actu Regnum invadit, minime postquam invasit, praefertim si Regnum pacifice possidet, quia tunc res tam gravis non est remittenda privato iudicio, fed spectat ad publicum totius Regni, seu capium. Hanc sententiam tenet Diana citat. revera alicuius, priorem non esse consulendam; nam est ita periculosior: v. num. 258.

MODERAMEN INCLUPATAE TUTEAE

2085 Tunc habetur, quando defenso, aut vitato malo, aliter, seu alia via haberi non potest; fed aggressoris occisio est unicum, & singulariter medium ad illam.

Hinc 1. Si dum te defendis, aggressor fugiat, non licet eum insequi, & occidere. 2. Si potes mortem vitare fugiendo, tenebis fugere, ut teneat Religiosus, nisi ex fuga periculum te occidendi imminet, & miles non teneat fugere: quia fuga est cedit in amissionem honoris, & grave dedecus. 3. Si aggressor, injuria jam illata, v. g. alapa jam inflata, acta fugit, non licet eum occidere, quia illi effectus videtur privatus.

206 Dixi, *Examen Confessoriorum pro subreptione actus, & conservacione status* i. quia modicum incommodum in amissione boni temporalis non est incensurandum cum gravissimo damno vitæ aggressoris: talis est amissio uxoris, vel alterius auctoris imo & plurium, quæ atrenta necessitate personæ, quæ lavaturus, non sunt necessaria naturæ, aut statui: ac proinde pro ejus conservacione non licet aggressorem occidere. v. n. 469.

207 In qua re (addit Cardenas) si vir, qui fugere non teneat, nempe nobilis, aut miles, innotat a fure, qui innotet pallium modici valoris, v. g. unius, aut quatuor aureorum, ab eo capere, potest ille se defendere opponendo gladium. & tunc, si vir desistat, & fugiat, non potest eum insequi, & occidere: si vero fur etiam suum gladium contra dominum rei educat, tunc vir ille potest se defendere defensione occisiva, cum moderamine tamen inculcata: tunc quia tunc est defensor non est aggressor, sed honoris, & vitæ: nam tunc fur evadit aggressor, non solum contra rem materiale, sed contra ejus honorem, & vitam. Demum si pallio jam ablato fur fugiat, non potest dominus eum insequi, & occidere: quia cum injuria fit illata, non est defensor honoris, & vitæ, sed rei temporalis exigua: quam non licet viâ furis compensare.

208 Religiosus potest a fure se defendere, clamando tamen, aut fugendo, minime defensione occisiva, quod si honesto modo se defendere non valet, pallium sui relinquat, & cum Deo commendet: v. *propof. 30. & 31. ab Innoc. 11. dam.*

209 Non licet viâ honore occidere invasorem, qui intrat calumniam inferre, aut infamias. Nec licet alicui se defendere defensione occisiva, contra injuste impediendum, ne hæreticus adeatur, ne bona, quæ eâ non possidemus, obtineamus, & in similibus casibus. Ratio, inquam, est, quia qui id cedit in maximum Republicæ detrimentum est, enim utrupto iuris Republicæ, quæ propterea Judices & Tribunaia plura constituit, ut populorum injuriæ punitione compensaret, & jura, ac bona illata revertens, & si quilibet potest privata auctoritate ad præsumptam mala impedienda alium occidere, cum injusmodi injuriæ, & vexationes, & sine quotidiana, quotidiana essent homicidia, & sic publica quietis & pax maxime perturbaretur.

Inno, si in his casibus potest auctoritate publica malum impediti, cessat moderamine inculcata: tunc, si quo nullo iusto est licita occisio alterius: occisio, inquam, in his casibus non est unicum medium, cum potest malum illa viâ reparari: demum nullum esset de sua viâ fecurus, quia in casibus, in quibus, & actionibus buranis, homini proprii commodi, amore obsecratione non desunt pretextus, atque colores, quibus censetur indicius, injuste impeditus, & c. *vid. propof. 17. & 18. ab Alex. VII. damnat. & c. propof. 30. 32. & 33. ab Innoc. XI. dam.*

209 Non licet uxorem, fororem, aut filiam in adulterio deprehensam occidere, nec adulterum, quia injuria est jam illata, & nemini licet injuriam jam illatam privata auctoritate reparare: quoniam id spectat ad jure publicum: hinc leges civitatis, quæ id permittunt, sunt contra i. Jur. Canonico.

209 Hinc auctoritate reperti in flagranti crimine possunt se defendere contra maritum occidere uxorem, etiam defensione occisiva, postquam iure, quam banniti.

209 Banniti cuius, seu precepti a Principe cum

licentia eos impune occidendi, possunt contra aggressores se defendere, etiam defensione occisiva. *Tamb. in det. lib. 6. cap. 1. §. 1. n. 8. quod per sententiam Judicis non amittuntur ad vitam tuendam: verum tamen est, quod possunt contra peccato occidi.*

209 Si autem vir videat adulterum accedentem ad uxorem sui thorum, si alio modo impedire non possit, potest se opponere gladio: & si ille fugiat (ut est verisimilitudo) non potest illum insequi, & occidere: quia jam injuria est impedita. Quod si adulescens, & suum gladium contra virum educat, & in us gladii perisistat, tunc potest vir se defendere defensione occisiva: tunc namque defendit honorem, & vitam: *us n. 207. & propof. 19. ab Alex. VII. dam.*

209 Puella, & mulier honesta, si in sua pudicitia, & castitate opprimatur, non debet se occidere, aut mutilare, v. g. linguam, & c. quod si aliquæ Sancti flamma egerint, n. 209. Neque tenetur opprobrium occidere. Debet tamen se defendere clamando, & quantum debiles eius vires permittunt, se opponendo: quod si a viâ se defendere non possit, non teneat, sed potest se defendere defensione occisiva: v. n. 208, tunc namque: *Si invia violata, virginis duplicabitur ad coronam.*

209 Qui occidit homicinem pro defensione suæ vitæ, ut in num. 208, cum moderamine inculpatum tenet, nec peccat, nec evadit irregularis: si autem tenet casibus, licet non peccet, fit irregularis ex defectu lenitatis: ita ex jure.

209 Qui occidit Clericum deprehensum in fragranti crimine cum uxore, matre, forore, vel filia, non est excommunicatus, sed peccat peccato homicidii. *Mendo verb. Adulterium, num. 2. Quia Ecclesia (ait ipse) parit tam diro dolore, potius alium superaddere. Subdono, non contrahat irregularitatem, si occidit non potest Clericus: quia le hoc equiparatur illi ille.*

209 Non potest quem in defensionem proximitus aggressorem occidere, nisi ille proximus sit et superior, cum cognitione conjunctus, tenet *Tamb. rom. 1. lib. 16. §. 1. n. 11.* quia charitas aque militat pro vita aggressoris ac aggressi.

208 Ad Mendo *ver. homicidium, n. 9.* inquit: *Ut de fœdas qui innotent, aliter occidendum, seu vix bene ingentis, si alio via nequeat eum liberare, potest aggressorem occidere, cum proximi unum sui modicum aggressorem. At non tenetur ex injuria quis nisi ex officio ei incumbat: sed lex clarissime loquitur lesali succedere necessitati extreme proximi: nisi ipse idem non periculo constituarit: tunc enim nullo modo tenetur.*

QUERES.

209 An liceat preveniri, occidendo illum, a quo quis occiditur?

R. Respondet Clericus & 33. duas esse opiniones, quas refert Tamb. in *dec. lib. 6. cap. 1. §. 1. n. 15. & Avor. d. lib. 2. cap. 1. §. 10. ubi affirmativum tenet, quando quis aliter vitam propriam defendere non potest, et ab aggressore armis contra se tenent. Dixi, alicui, qui si quis imperator salis occidit, tunc, ut in iusto processu, non esse licitum occidere salis reos, sed iudicium innotum, iuxta contrarios opinionem damnatum a Sac. Congr. d. anno 1665. Mathius disp. 11, num. 110.*

DE MANDANTE ET CONSULENTE.

210 Mandans fieri homicidium, si ante executionem non expressit vel tacite mandatum revocatum, & revocato in notitiam mandatoris personæ, qui mandataris adhuc homicidium exequatur, mandans non est homicida, nec irregularis, neque est excommunicatus, si occisus sit Clericus. Consulens vero homicidium,

si revocato consilio, qui illud recepit, homicidium exequatur, est homicida, irregularis, & excommunicatus, si occisus sit Clericus: idem de ore relligiosus pro furto, ita communicatus contra *Duar. part. 5. res. 53. & part. 4. res. 2. res. 14.* & Tambur. lib. 6. de. c. 4. §. 5. num. 3. 4. Ratio est quia mandatum fit in gratiam mandantis: unde si eo revocato mandataris homicidium exequatur, non in vim mandati, sed nomine proprio illud exequatur, excipit, si revocatio non perveniat in notitiam mandatarii, quia tunc agit in vim mandati, & sic incurrit mandata.

210 Consilium vero fit in gratiam recipientis, adeoque etiam eo revocato, consilium non infirmatur, si alius agit in vim consilii, quatenus firmiter eius menti infidit. Excusatur aut consules, primo, si consilium revocavit addendo preces importunas, & videns, quod hæ non sufficienter, monuit occidendum, ut caveat: 2. si ille qui fuit datum consilium, & facta fuerint homicidii, aut furti, per seipsum erat determinatus ad illud: tunc inquam consilium non est homicida, irregularis, aut excommunicatus, nec tenetur ad restitutionem pro furto, nisi forte quoad excessum, si ille erat determinatus ad furandum, v. *et. de. c. 1. Cardenas disp. 21. Clericus cap. 38. Mendo c. 1.*

Scotus in 4. d. 15. q. 3. litt. G. diff. 25. q. 1. litt. E. 4. 33. *quæst. 4. Borac. rom. 2. pag. 477. Ioan. la Cruz pag. 67. Tambur. lib. 9. Bulcemb. lib. 3. tract. 4. cap. 1. Cardenas disp. 21. Clericus cap. 38. Mendo c. 1.*

RESTITUTIO PRO HOMICIDIO.

210 Qui fuit causa homicidii voluntarii iniusti, mutilationis, aut vulnerationis, restituitur tenetur lesio, aut ejus hæredibus, expensas pro curatione vulneris, & lutum, quod existit ex officio, quod factus exerceat non potest, detraditis expensis, quæ pro eo facere solebat. Ad nul tenetur, si occisus fuit provocatus aut pugnam, ut in iniustum aggressorem occidit, v. *num. 212.*

210 Pro vita, membro, cicatrice nil est restituendum, quia sunt bona superioris ordinis, quæ pecunia æstimari non debent, sed solam esse vitæ petenda: nisi exinde fit damnum secutum, ut in puella, quæ ob deformitatem ex cicatrice contractam non potest nubere pari, nisi debet damnum jura prudentis æstimationem compensari. *Lectius de iust. lib. 2. cap. 9. d. 23.*

210 Si quis innocens damnatur a Judice ob homicidium occisum ab alio paratum, non tenetur homicidia restituere deus innocens. *Tambur. lib. 6. c. 4. §. 2. cum de Lago: quia non fuit causa physica, ac motalis talis damni. Nisi usus fuisset armis ipsius innocens. Aut nisi homicida occisi cavaver in agro, vel ante domum innocens possidisset, ex quo indicio innocens damnatus fuisset.*

210 Pater non tenetur ad restitutionem pro homicidio filii, nisi fuerit damnatus pena pecuniaria circa legitimam. Nec dominus pro homicidio servus, nisi fuerit in culpa. Nec quis pro homicidio parato in duello, nisi occisus fuisset conditus, aut deceptus. *Tamb. lib. 6. c. 4. §. 2.*

210 Occisor non tenetur restituere pauperibus elemosinas, quas occisus illis elargiri solebat. *Tamb. c. 4. §. 3. num. 12. & 13.* quia restituere illotum non licet iustitiam. Nisi eo animo occidisset.

2107 Si occisor fuit per personalem punctum, tunc hæres (si sit potius) tenetur restituere damna filii, uxori, & aliis descendentes occisi, si illi fuit pauperes, nisi minime, si divites. *Tambur. c. 3. n. 12.* quia illi solent esse contenti pena personalis occisori inflata.

2108 Qui a homicidio sequitur offensam domum Ecclesiæ, qui inde fuit ab illis occisus, non tenetur ad restitutionem, si id fecit coactus bene vero, si sine coactione. *Tamb. c. 4. n. 3. Diana p. 5. tr. 4. res. 65. Examen Ecclesiæ.*

2109 Homicidium non tenetur restitutionem pro bonis spiritualibus, quæ occisus facere solebat, v. gr. pro Missa, quam celebrare solebat, docet *Lectius de iust. lib. 2. c. 9. d. 23. contr. Tamb. c. 3. n. 20. & c. 23.* qui affirmat, quia opera spiritualia habent certitudinem.

QUERES I.

210 Petrus pugna urgente occisus factus pro sui defensione, hinc usque ex seipso fuit occisus, An tenetur ad restituenda damna hæredibus occisi?

R. Est, ad nul tenetur, si pugna cert iusta, bene vero, si iniusta. *Tamb. c. 1. §. 1. num. 19. ex Lugo de iust. lib. 12. n. 38.* quia in secundo, non in primo casu, excitando quos, operatus est contra iustitiam.

QUERES II.

211 Qui infecti vinum veneno pro iniuriis suipervenit amici, qui bibis, & mortuus est. An sit homicida?

R. Non est homicida, nec inde irregulariter, si cum monere non potuit sine fure proiure vitæ periculo. *Tamb. c. 1. cap. 4. §. 4. num. 2. ex de Lugo cit. disp. 8. num. 86.* quia tunc mors amici est illi involuntaria, cum præcaveat non potuerit.

QUERES III.

212 Occisus ante mortem remissus omne debitum homicida, An ejus uxori, & filiis possit petere restitutionem damni, quod petiturus?

R. Est, postea, de Lugo cit. disp. 11, num. 63. *Tambur. c. 1. cap. 4. §. 4. num. 10. & 11.* quia remissio ab occisione facta locum habet in damnis præteritis usque ad ejus mortem, minime in sequentibus.

CONFESSARIUS

2113 Utra omnis restitutionis, consensum est, ut pro penitentia occisori injungat Missas, Communiones, elemosinas, & orationes pro anima occisi, v. gr. unam Missam, Communionem, & Rosarium singulis mensibus pro uno anno, & pro qualibet die anniversariae mortis singulis annis, suæ vitæ, addendo pro primo anno jejunia, & disciplina magis, & minus, juxta circumstantias, quas debet inquirere, puta si occisus fuerit Clericus, Sacerdos, si in loco sacro, si usus sit focis auxilium habuit, si cum notabili fœverit, si mors fuit repentina. Item interrogari debet, an habebat uxorem, filios, &c.

HOMICIDIUM CASUALE.

2114 Qui casu, seu præter intentionem alium occidit, vulnerat, &c. si fuit in culpa gravi, sufficienter diligentiam non adhibendo, est homicida, & irregularis, quia homicidium est voluntarium in causa, 2115 Si vero non fuit in culpa, quatenus nullo modo periculum advenit, aut de eo dubitavit, vel si advenit, sufficienter diligentiam adhibuit, & precavit, quatenus, v. gr. antequam lapidem in viam projiceret, verbis, aut solito signo apposito transeuntem monuit: Hinc tenent cum irregularitatem non incurtere, si fecit operam rei licite, incurtere vero, si dedit operam rei illicitæ, aut secuta est mors, v. gr. si Clericus arma gerens, aut ad vacationem pergens, casu occidat alium. Probi: ex *cap. Cominator* ubi declaratur filii irregularis Clerici, qui celsus retro factum casu occidit fatum, quia causa illi supra ipsum Clericum quasi equitatus incursum salvavit, & fæte se interfecit.

2116 Probabilius minus videtur, cum Diacono, Bonas

ina, Leandro, & alii, cum in foro conscientie irregulariter non incurere ob defectum voluntarii: quia licet factum, v. gr. homicidium, sequatur ex opere licito, ignorantia tamen facti adhuc tollit a facto voluntarium, adeoque excusat a peccato. Textus Canonici habet locum pro foro exteriori, in quo praesumitur advertentia, aut mortalis negligentia, quando homicidium sequitur ex opere licito.

217. Eam, qui ex errore occidit unum hominem pro toto honore Clericorum pro alio Clerico, & irregularitatem, & respectu ad excommunicationem excusant Porcellus, Fragosus, & Tamburinus etc. quia extra individualis homicidium non est voluntaria, ille namque intendit occisionem in iudicium, v. gr. Petri, unde peccat homicidio solum interno, non externo, cui est annexa irregularitas, & pro Clerico censura.

218. Probabilis iudicabit, quod fit irregularis, atque etiam excommunicatus, si occidit fit Clericus qui ratio formalis, ob quam incurrit irregularitas, est occidit homicidium, & ratio censura, est iniuria facta Clericis, individua vero materialiter se habent ad id unde quia in occasione ex errore facta Petri pro Paulo est intentio formalis hominis, & hoc est in Petro, inest irregularitas, & pariter de censura in occasione unius Clerici per alio: v. num. 217.

219. Præterea ex opposita opinione sequeretur absurda, quod ex errore fornicans unum mulierem pro alia, & futurus unum calicem pro alio, recedat peccato ob excessu fornicationis, furti, aut sacrilegii, & quia sicubi ob occisionem unius hominis est intentio, alia non intentio commissa, ita hic fornicatio unius mulieris, & ablatio unius calicis est intentio, alia non intentio commissa. v. num. 2147.

A B O R T U S.

220. Non licet procurare abortum etiam ante animationem factus ad vitandum infamiam, ut ait Cardenas, quia est ab intrinseco malum. Tum quia (ut ait Cardenas) procuratio abortus factus inanimati est gravior pollutio: quia factus inanimatus est propinquior generationi, quam fetus, adeoque cum pollutio voluntaria nunquam fit licita etiam ad vitandum mortem, quia opponitur generationi, & fortiori neque erit licitus abortus voluntarius, qui magis generationi repugnat. Item neque licet procurare abortum factus inanimati ad vitandum mortem, quod ex puerperis, & licet plures Doctores, ut Silluc, & alii affirmant in hoc causa licere; ratio tamen alata quæ propter oppositum.

221. At Clericus cap. 59. num. 1. querens, An licet prægnant infirmæ pro tuerenda vita procurare abortum?

Resp. Si fetus fit inanimatus, potest procurari abortus, non directe, sed indirecte ad sanitatem matris consequendam. Si vero fit fetus animatus alii dicunt, neque directe, neque indirecte potest mater pharmacæ ad tuterem ad recuperandam sanitatem, si inde abortus fit secutus, quia debet præferre salutem spirituum, semproli sanitati suæ corporali. Alii distinguunt si mater abstinere a medicamentis, spes probabilis fit, quod proles fit viva nascitur, tunc mater abstinere; si autem hoc spes cesset, potest mater ad conferendam suæ vitæ salutem pharmacæ, quamvis secutus, rus fit abortus; nam evitari non potest, si mater mortua esset. Matris d. disp. 8. num. 30. & 31. & Tambur. d. lib. 6. in c. 2. §. 4. Et novissime Cardenas in crisi thæ. diffinit. 22. n. 21. & seq.

222. Quos utrim disti ratio potissima esse potest, quia ex una parte jam deperat ortus proles vivæ, & simul ex alia id non esse procurare abortum, sed vitam matris, una directe, & defendendum, si abortus sequatur, dummodo directe non intendatur. Mendo in epist. ver. Abortus; num. 1.

223. Joan. de la Cruz addit: Licet applicare præ-

gnant medicinam per se causam salubri, & offi pro accidens sequatur abortus; quia iste, sicut & cessat innovandi, reputatur effectus pro accidens secutus ex falte prægnantis per se intentam, & sic potest prægnans, saltem, currere, si hoc fit cause per se salutis, est aliter sequatur abortus. Si constat, matrem mori, & consequenter fatum, licite est applicare medicinae quæ salubris, & mortifera, maxime si factus non fit animatus: quia si mater, & fetus periclitantur, tunc non fit iniuria futuri, si pro liberanda matre fit in ea talis experientia.

224. Nulla ex causa licet adhibere remedia directæ, ne mulier prolem concipiat.

225. Procuratus abortus factus animati effectu secuto, sicut homicidium, reputatur proditoris, iuxta dicta de immunitate num. 649. includit in excommunicationem latam a Sixto V. & Gregorio XIII. Summo Pontifici relevatam. A quo possunt absolvi Episcopi, & Regulares virtute privilegiorum, exceptis locis, ubi Episcopi hunc casum sibi specialiter reservaverunt, iuxta dicta de calibus reservatis.

226. Item evadunt irregulares, etiam in dubio, an factus fit animatus, sicut in dubio homicidium.

227. Hæc irregularitas non potest dispensari, nisi a Papa. In casu occulto potest facta Penitentiaria dispensari, sed in applicatione, siiple fit genitor factus, exprimi debet, quod factus erat a se genitus, alia dispensatio censetur lubricitatis ex stylo Sæ. Penitentiariæ.

228. Qui naturam habet, sed propter abortum sub nomine factum dicitur peccati incurrit, si abortus ante factum, & minime, si postquam fecerit factum, quia in priori casu est causa influxiva, & minime in posteriori.

229. Mendo citat, num. 1. in rebus, in recentibus Bullis Sixti, & Gregorii, ubi dicitur, quod non tenetur contra feminam procurantem abortum in se ipsa, sed in alia femina.

Vide propos. 34. & 35. ab Innocentio XI. damn. Et infra de irregularitate.

D U E L L U M

230. Græce Monomachia, & est pugna inter duos ex condito suscepta, hoc est designando arma, tempus, & locum, cum periculo vitæ, aut gravis vulnerationis. Dicitur inter duos, quia inter duos contendit soler; unde etiam inter plures pugna potest esse duellum, si fiat ex condito, & auctoritate privata. Publice auctoritate est licitum, v. gr. ad terminandum bellum cum minori damno, ut contingit inter David & Goliath, Diana. part. 3. et. 6. ref. 1.

231. Differt a simplici rixa, quia hæc non fit ex condito, sed ex aliquo subito casu.

232. Non est duellum, si duo in Ecclesia contendere dicant: Egedimus foras; & ibi pugnent. Nec si quis videns fuem inimicum armatum contra se venire, accedit ad se armatum, & redit ad pugnam. Nec si quis invitatus ad duellum respondit, et in dies iterum per suas vias, & tempus esse promittit, ut a quolibet invitato defenderet. Quia in his & similibus casibus non habetur conditum, seu conventio præterita de loco, & tempore.

233. Non licet viro nobili acceptare duellum, neque vitæ labetur: quia duellum, cum fit ordinatum ad occisionem, aut gravem vulnerationem, est ab intrinseco malum. Nec tunc est in casu defensionis suæ vitæ, quia invitans non est aggressor. Fit si aliqua est iniuria reparanda, non habet in mortem inculpate tutelam, quia atque tempus, & alia vitæ, factum vitæ juris publici v. propos. 11. ab Alex. VII. damn.

234. Contra duellum plures sunt poenæ, præsertim excommunicatio Papalis læve sententia, quæ incurritur etiam. Etiam duellum in præsentem, & non ad futuram vitam, locum habere promittente. Item illud fieri mandantes, singulares, auxilium, consilium dantes, arma, equos, & alia subsidia scienter subministrantes, ex com.

ex compositio spectatores, & fecit, etiam illi, qui ad locum designatum pugnaturos accesserunt, impediunt pugnam non committunt, si per se ipsos non fecerit, quomodo illa committuntur. Ita tere Gregor. XIII.

235. Non incurrit poenæ duelli, qui in rixal, & dolore iracundie inuoluntarius ad duellum incitatur, & sic tunc ad locum apertum accedentes simul pugnant, Clericus cap. 149. n. 6. ex Sanchez lib. 2. Dec. cap. 39. num. 8. & alius non pugnat præmeditate, & ex prævia conventionem, sed ex subito calore iracundie, adeoque non ex condito. Sanchez citat, addit tunc fieri ex iracundia calore, quando inter invitationem, & accessum ad pugnam, nullus adus medius intercessit.

236. Non incurritur poenæ. 1. Si in invitatione præfinitur locus, sed non tempus. 2. Si præfinitur tempus, sed non locus. 3. Si præfinitur locus, & tempus, non tamen ad pugnam aduatum, sed pugnis. 4. Si dicta præfinitur, sed provocatus non accedit. Clericus citat, ex Diana, Lessana, Solimanicensibus, & alius. Constat ex definitione duelli num. 210. quia in his casibus deficit: Insulper in ultimo casu non habetur conditum secutus de accessu, ut in num. 214.

A D D I T I O.

Explicatur quedam propositio damnata.

Propositio damnata ab Alexandro Septimo de duellis, & quæ hæc, explicatur.

Fundatur hæc error in hoc, primo: quia ad tuenda temporalia bona licet Bellum publicum ergo & privatum. Secundo, quia invasor honoris, sicut etiam verum temporarium, & in seipsum cum moderamine inculpate tutelæ, quando scilicet aliter occurrere non potest, si sed provocans ad duellum est veluti invasor honoris, qui alter defendi non potest, quam illud acceptando; Ergo potest acceptari, quomvis in discrimen vitae involvatur, Tertio, Viro equitri invasor factus est invasorem occidere ut honorem tueatur, quando vitam suam non potest, nisi fuga sibi ignominiosa, ut in consensu est apud D.D. teste Layman lib. 3. part. 3. cap. 3. Ergo pariter potest vir equitri duellum acceptare, quando non potest illud reculare citra ignominiam; utrumque enim videtur æque ignominiosum viro equitri, & militari, tam fugere ab invasore, quam duellum reculare; Ergo cum licet non fugere ab invasore, sicutum etiam erit duellum acceptare, in Religione D. Jacobi approbata a Sede Apostolica candidatus jurare debet, se nunquam recusasse duellum, ad quod fuerit provocatus; Ergo licitum est Viro equitri duellum acceptare; aliter Candidatus esset potius ab ea Religione repellendus, quam admittendus ex hoc, quod consenserit in Monomachiam.

Consulatur hæc errores Viro, quia valde leve est malum hoc incurtere notam timiditatis apud paucos, & iniquum est, ut patet. Verum quidem est apud viros cordatos fugam esse ignominiosam viro Equitri, & ideo non tenetur fugere si invadatur, & factum tamen quod fit ignominiosum apud eosdem duellum reculare, ut offendimus, etiam apud vulgares, & improbos homines id reputatur ignominiosum; præsertim de proinde hinc facile vulgi opinioni scelus cordatorum, id non timiditatis, sed prudentis ascriptionem, & divitiarum, ac humanæ legis observantiam. Ad ultimum addendum cum Sanchez part. 2. quest. 21. in Religione D. Jacobi vulgi exigi quod Candidatus duellum non recusetur per timiditatem, fugiendo involvitur provocatum non vero quod non recusetur illud ne Deum non offenderet; & unde hic admittitur, ille ab ea Religione repellendus, qui non recusetur. Hic oportere animadvertendum Beneficium XIV.

in sua constitutione, quæ incipit Deservibile, edita anno 1752, sequentes circa Duellum Propositiones damnatas.

1. Vir militaris, qui nisi esset, vel acceptet duellum, non potest formidolosus, timidus, abiectionis, & Officio Militariæ iniquus habetur, inique officio, quæ Jusque substat, privatur, vel promotioni alia sibi debita ac promerita sepe persequo carere debet, culpa & poenæ vacat. Hæc offert, & sine accepto Duellum.

2. Exculsi possunt etiam, honoris tuerendi, vel honorum utilitatem vitandæ gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnam non esse securam, utpote ab alia impeditam.

3. Non incurrit Ecclesiasticæ poenæ ab Ecclesiæ contra duellantes latas, Dns, vel Officiis Militariæ, acceptans duellum, ex gravi metu amissionis fame, & Officii.

IV. Licetum est, in statu hominis naturalis, acceptare & offerre duellum, ad servandam honori formam, quando alio remediis carum justitiam præferri non potest. Hæc offert licentia per statum naturalis, applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatæ, in qua nimirum, vel negligentia, vel malitia Magistratus, justitia aperte denegatur.

Q U E R E S.

237. Duo viri nobiles, postquam injuriæ ab invicem se afferunt, decesserunt honoris causa apud mundum extra ad duellum, non animo vere pugnandi, sed aliquis illis esse intendi, ita ut statim interpositi negotii, de eorum mente additis, & ad id requisitis, desisterent, & reconciliarentur. Ita accidit, nisi inter ipsos, & cum amicis facta conventio. An incurritur poenæ?

Resp. Non peccat mortaliter malo exemplo, ut d. scandalo, præsertim si fuerint spectatores alii, qui eorum conventionem ignorant. Non incurritur autem excommunicationem, & poenæ quia hæc sunt contra verum, non factum, & simulatum duellum, sicut enim contra duellum erutum (ait Gregor.) in quo est periculum vitæ, aut gravis vulnerationis; quod nihil est in casu, cum stante conventionem, addit moralis securitas, quod nullum sit periculum, sed inde pax concilianda, & licet ad locum declinatum accesserint, non accesserint vere pugnaturo, & per ipsos facti, quo minus vera pugna committeretur.

Secus in 4. dist. 15. q. 3. dist. 25. q. 1. lit. E. Matris in Theol. moral. disp. 11. q. 6. disp. 10. n. 112. disp. 9. n. 100. disp. 8. q. 2. Joan. de la Cruz, pag. 67. 71. Bonac. tom. 2. pag. 347. tom. 3. disp. 2. q. 2. p. 101. n. 104. 109. Tamb. tom. 1. pag. 168. pag. 177. Bulsemb. lib. 3. tract. 4. Cardenas disp. 12. §. 22. Clericus, & Mendo cit.

DE VI. IX. ET X. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non adulterabis. Non concipies uxorem proximi tui. Non concipies rem proximi tui.

238. Uxor est inordinatus appetitus veneratorum partibus matris; unde a mortali solum excusatur potest defensus plene advertentem, aut perfectam deliberationem. Hæc septem sunt species Simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, & peccatum contra naturam.

239. Simplex fornicatio est inordinatus concubitus solus cum soluta. Est ab intrinseco malum, quia naturæ officium, præsertim matris, & prolis, quæ sepe hospitali exponitur, per se Caut D. Thomæ opponitur educationi prolis, cuius cura magis spectat ad patrem, a quo est influendus, & defendendus, si filius. Hæc autem non est sollicitudo de instruenda, & defendenda prole, quæ fornicatione habet, 1. vel quia constituitur, quod non fit legitima, 2. vel quia non est certus,

tus, an proles sit sua, cum sit ex vulo concubitus, vel quia non habuit perpetuo cum prole, & femina. Unde ad rectam proles educationem requiritur, ut proles sit nata ex determinata femina, cum qua vir permaneat; non ad modicum tempus, sed per totam vitam ex obligatione, quod habetur per contrarium Sacramenti Matrimonii. Hinc concludit Apos. ad Corinth. 6. *Nolite errare, neque fornicari, neque idolorum honorari, neque adulari, neque multis, neque masculinorum concubitoribus Deo. Regnum Dei possidebitur: v. profess. ad. ab Innoc. XI. damn.*

2140 Unde fornicatio est peccatum mortale: Et oppositum est hæresis damnatæ in Clem. *Ad nostram, de hæresis.*

2141 Qui commisit copulam cum soluta, non sufficit, si dicat; *Commissi grave peccatum contra castitatem cum soluta*: sed debet explicare in confessione copulam: quia sic non explicat peccatum, quod fecit; nam etiam solum interdu impudici cum soluta, aut molles delectationes interdu de ea sunt gravia peccata contra castitatem. Tum quia copula est actus principalis completus, ad quem ceteri tanquam dispositiones prævia ordinantur: v. profess. 25. ab Alex. VII. damn.

2142 Copulam cum infidelibus addeat simpliciter ferentibus malitiam specie distinguit in confessione aperiendam, tenet Nav. & de Lugo. Negant Diana, Elicius, Malturnus, & Tamby, quia nulla apparet ratio specificam distinctam, bene tamen malus gratia referri solent, & puniri. Nec id probat prohibitio matrimonii cum infidelibus, qui in matrimonio habetur matre conjungitur, quam in copula fortis: & inde habetur periculum subversionis conjugii, & prolis.

S T U P R U M

2143 **E**st deceptoris puelle virginis, ipsa invito? tunc dicitur invita, quando vi, aut dolo timore, aut sicut promissione matrimonii, &c. decipitur, & inducitur ad copulam; & tunc est speciale peccatum ob injuriam, quam supràtor inferre puella; & parentibus; unde tenetur in foro conscientie illam duntaxat, ut non sit culpabilis, & prudenter arbitrium dotare, ut est virgo; ad quod non tenetur in foro conscientie, sed solum in foro externo, si ipsa libere consensit precibus, sine vi, aut deceptione; immo probabile est, tunc esse simplicem fornicationem, & propterea non esse necessarium fornicationem circumstantiam virginis ablatæ, seu amissæ, quia quoad hoc mulier est libera, & volenti ac consentienti nulla sit injuria. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 12. Clericatus cap. 68. n. 1. Mendo in rev. verb. Lucania n. 7. Lantieri de panis. disp. 8. §. 2. g. 15. contra Ledem. Grassiam.

2144 Si stuprum remanet occultum, & matrimonium quæque opulentum non impedit, supràtor non tenetur dotare, quia nullam est damnum illatum.

2145 Clericatus e. 68 ex Antonello e. 30 loquendo de cibus, in quibus supràtor non tenetur dotare, nisi, ex sequentes. 1. Si virgo non vivebat honeste, nec servato veritate pudore. 2. Si puella post stuprum pariter sit ab alio carnaliter cognoscit.

A D U L T E R I U M

2146 **E**st inordinatus concubitus cum persona conjugata, est contra castitatem, & iustitiam, ob injuriam conjugii, cui est quis conjunctus deturmatibus. Unde conjugatus conjugatam cognoscens duo adulatoria committit, in confessione exprimens, ob duas injurias, & injustitias, unam proprio, alteram alterius conjugii illatum. v. num. 2277.

2147 Malitia adulteri contrahitur etiam si maritus in adulterium uxoris consentiat; quia injuria fit conjugii non absolute considerato, sed ut subest statum matrimonialibus, ob quam habet jus in conjugem, & debeat

tur ei fides conjugii, cui iuri, & injuriæ cedere, & renunciare non potest: sicut (ut explicat Cardenas) si iudex laicus Clericum ad suum Tribunal tractat, etiam ipse sententiens, immo requirent, est communicatus, quis ad illam injuriam committit in Clericum; nam injuria non fit Clerico absolute considerato, ut persona Petri est, sed ut subest statum matrimonialibus; ob quam habet jus in matrimonium, & debetur respectus a laico, cui Clerico cedere, & renunciare non potest: sic per adulterium uxoris injuria matrimonium etiam consentienti in adulterium: v. profess. 50. ab Innoc. XI. damn.

2148 Maritus, si fidem uxorem cognoscit, de alla cogit, & sic delectet, malitiam adulteri interni contrahit in confessione exprimens: ad Restitutio: v. num. 2249.

2149 Si sponsalibus initiis, & matrimonio non celebrato, sponsa non habeat curam alio, teneat in confessione aperire, se esse matrimonio promissam, quia hæc malitiam; non sit sponsa, quia in excommunicatione non censetur illi gravem injuriam inferre. Negant etiam alii de sponsa.

2150 Fornes adulteri ex Jure Canonico sunt, 1. Scipario thori, 2. Ex heretico, 3. de divorcio. Et notandus ad pendendum debentur. Ut infra, de matr. 2. Infamia, 4. Infirmis. 6. g. 13. Tertia privatio dotis, c. Tiranique, & Glossæ, ibidem de divortio inter virum & uxorem.

2151 Adulterio contra amicum, & socium, & si adulteratæ de consensu mariti. 2. Si maritus adulteraverit. 3. Si maritus uxorem ipsam in adulterio deprehenderit. 4. Si uxor habeat filios ex primo marito. 5. Si agatur contra parathernalibus. 6. Si maritus uxorem sine amplexu intercederit. Clericatus cap. 70. ex Antonello lib. 6. cap. 31. num. 5.

I N C E S T U S

2152 **E**st inordinatus concubitus cum consanguinea, vel ut affini, Affinitas, si fit orta ex copula licita, nempe matrimonialibus, se extendit usque ad quartum gradum; si ex copula illicita, aut ad secundum gradum. Incestus malitia consistit in irriverentia, quam sanguini, aut conjunctioni irrogatur.

2153 Hæc ratione Tambur. citans pro se Filius. Cajetan. & alios graves Doctores tenet, incestum cum consanguineis non differre specie ad incestum cum affinitate; nec incestus cum alterius ex prædictis in primo gradu usque ad quartum, ita ut non conjungatur, nec gradus usque de necessitate in confessione exprimens, sed gradum dicere; *Commissi incestus*; quia malitia incestus consistit in irriverentia, quæ fit conjunctionibus, non variat speciem.

2154 Probabilis dico, gradus consanguinitatis differre specie a gradibus affinitatis, cognationis legalis, & spiritualis, de quibus cum de matr. & in eadem linea consanguinitatis primum gradum differre specie a reliquis tribus; quia huiusmodi incestus sunt contra diversas honestates; nam contra diversam honestatem est incestus cum matre, quam cum noverca, vel alia cognata cognatione legali, aut spiritali: juris positivo imposita; honestas enim cum matre est iure naturale. Patet contra diversam honestatem est incestus cum matre, filia, & forore; quam incestus cum ceteris tribus gradibus; hic in his gradibus dispensat Pontificum, non in primis; & ac tronde est in confessione exprimens quæ sit contra diversam honestatem, vel affini; & in eadem linea consanguinitatis est expressio primum gradum, non reliqui: v. num. 2186.

2155 Qui post copulam incestuosam vult contrahere in eadem prohibito debet esse dispensatione requirere ad Sacram Pœnitentiarum, ut supra num. 157, si in copula, quem gradus sunt occulti.

2156 At si gradus est publicus, copula vero occulta debet prius petere a Dataria dispensationem gratuito; & postea a Sacra Pœnitentiarum dispensationem impensivè orti ex copula incestuosa occulta, Sanchez de matr. disp. 55. n. 11. & 12. Clericatus c. 71. n. 10.

2157 Copula cum filia Confessionis non est incestus, quia nulla inde committitur contrahitur; nec fratricidium, quia nulla injuria Sacramento inferitur: v. num. 3. n. 601.

R A P T U S

2158 **E**st quo persona aliqua invita, non resistens, abducitur per vim ad libidinem explendam, vel matrimonium contrahendum.

Unde in rapta tria requiruntur. 1. Abductio per force rapta a domo sua, vel paternæ, & in aliena domo. 2. Requiritur vis; & sic contrahit etiam malitiam iniustitiæ, aliqui etiam referuntur ad abductioem sic causa explenda libidinis, vel inveniendi matrimonium. Ex his sequitur, 1. Rapto a supra differre, quia supràtor tenetur cum virgine, rapto vero cum quacumque muliere, imo etiam cum adolescente, qui esse potest. Tum quia rapto addit abductioem et domo. 2. Sequitur, quod si fiat alia causa, v. gr. deditur raptam in servitutem, non est rapto, sed plagium, quod est species furti.

2159 Plagium, est detentio hominis liberi in servitutem.

2160 Ad raptam non requiritur vis absoluta, de qua alibi; sed sufficit ea que fit ex suasionibus, importunis precibus, ac blandimentis, aut fectis promissionibus; Clericatus c. 69. ex Navar. Mendæ verb. Raptus. n. 2.

2161 Fornæ contra raptozem ex Jure Canonico sunt, 1. Infamia: adeoque est irregularis, ut non possit Ordines suscipere, & Beneficia. 2. Excommunicatio ipso iure, ex Trident. sess. 24. de reform. cap. 9. que non est reservata. 3. Obligatio dotandi raptam, 4. Si raptor sit Clericus, est depositio a Beneficio, & exercitio Ordinis; quæ tamen est pena ferenda sententiæ Clericatus etiam.

Vide infra de matr. verb. Raptus.

S A C R I L E G I U M

2162 **E**st peccatum luxurie, quo persona sacra, quæ est vel persona uno castitas Deo dicata, & vel locus sacer violatur. Si amba persone, que peccant, sint sacra; est duplex Sacrilegium in confessione exprimens ob duas injurias, & irreverentias numero distinctas n. 2166. & supra de sacrilegio a num. 590. ad 562.

P E C C A T U M C O N T R A N A T U R A M

2163 **E**st illud, quo fit seminato modis repugnantibus infusio naturæ. Juxta horum modorum diversitatem, quotus sunt species peccati contra naturam, mollesse, vel pollutio, inordinatus concubitus, sodomia, & bestialitas.

2164 **E**st volunteria seminis effusio extra vas. Est ad intrinsecum male, quia opponitur generationi a n. 2120.

Et ex ipsis Ethicis. Martialis lib. 9. Epigr. 42. sic Ponticum se pollutentem objurgat: *Hæc nihil esse putas? Decus est, mihi crede, sed ingeni.*

Quantum vis animo concipis esse tuo.

Ipsum crede sibi naturam deturcæ esse verum.

Itud quod dignis, Pontice, pedis, homo est.

Vide Propos. 49. ab Innoc. XI. damn. Item n. 219. 2174. 2165 Si in pollutione conjugatam, conjugium, gratum castitati ligatum, &c. quis cogitet, debet circumstantiam exprimere, quia illa species malitie contrahit ex objecto: v. n. 2194. 2166. 2166 Qui ad hoc tenet, ex qua prædicta se pollutionem passurum, non peccat, si advit fit in lelicita, adit iusta aut honesta causa cum exercendi, & alios habet licitos & honestos, ob quos exercetur, dummodo non consentiat voluptati. Tamb. lib. 7. Deed. cap. 7. §. 2. Mendo verb. Pollutionis, Clericatus cap. 73. n. 6. v. num. 2167. & 2189.

2167 Pollutio in formis involuntariis non est peccatum, quia est effectus naturalis. Si autem postea de eadem, dum est vigili, complicata, complacentia erit mortalis.

2168 Hinc non peccat, qui pollutionem involuntariam in formis jam expressam non impedit, si voluntarie in ea non complicat, nec consentit. Maltrius disp. 11. n. 129. Clericatus cap. 73. n. 4.

2169 Pollutionem autem in formis potest esse oriri ex causa præterita; & tunc, si pollutio securita videatur ex causa illicita, aut oriosa, non necessaria, nec honesta, que sit causa proxima ex natura sua ordinata ad Venereum, ut sunt tactus, & aspectus impudici, & verba turpia lecta, aut auditio turpium; tunc erit peccatum, licet non sit directe intentum, dummodo fit prævisa, quia est voluntaria in causa, & indirecte volita: v. tom. 2. n. 108. Si vero res illa fit tantum causa remota, ut usus callosium, nimis consilio, agitato c. incere, &c. tunc pollutio sequens non erit peccatum mortale, nisi sit directæ, & expressæ intentione quia tunc est effectus per accidens, quatenus sequens ex causa remota, non ordinata de fe ad Venereum; effectus autem per accidens non imputatur causæ cum patienti: v. n. 2215.

I N O R D I N A T U S C O N C U B I T U S

2170 **C**onstitutio in modum non ordinatum, sive in copula licita, sive illicita; potest esse mortalis, si fiat cum periculo impediendi prolem, si fin minus; et venialis; imo si adit sufficiens necessitas abique periculo, nullum erit peccatum in copula licita: quia procuratur jus proprium modo possibilia.

S O D O M I A

2171 **P**erfecta, & proprie dicta, est actus libidinis, seu consanguinitatis, inter masculos, in vase non naturali. Unde ad sodomiam perfectam requiritur copula, & quod peccetur contra sexum, & debitum instrumentum. Hinc copula masculi cum femina intra vas indebitum, & femine cum femina cum effusione feminis, est sodomia, sed imperfecta, & improbia; quia in prima non habetur identitas sexus; in secunda habetur identitas, sed non habetur vas indebitum, nec inter feminas dari potest copula proprie dicta. 2172 Diana, Maltrius, & alii tenent, complexum durum masculinorum, quorum unus supercubet supra alium, seu supra mulierem etiam cum affectu ad indebitum sexum, & cum effusione feminis, non esse sodomiam, sed simplicem mollescentiam, cum cooperatione alterius masculi, & quod sufficit in confessione dicere; *Pollutus sum tactibus indudis alterius hominis, & illam polui faciens, Mendo verb. Lucuria n. 18. quia circumstantia incubandi non mutat speciem.*

2173 Pariter simplicem mollescentiam esse dicunt, si quis se pollutit inter coenodictos, bestia, seu aliam partem femine, que non sit vas propterferendum, & sufficiens, si dicat: *Pollutus sum tactibus impudicis mulieris.*

2174 In pollutione cum alio exprimi debet status illius. Et in sodomia, an fit cum masculo, vel muliere postato, & quis leditur diversa honestas.

2175 In nostra doctrina, antequam sodomiam esse reserata; ad quod non requiritur fecunditas, sed sufficit;

inimici incontinentiam esse, tangere autem non sine periculo licet. Cylmucus gradu 15. Ex solo tactu corpus concupiscit, nihil quippe versus igit gravium, nihil periculosis, & S. Basilus de virg. Sicut tactu ignis, subita bulla, & sicra nascuntur, sic bulla in corde & desunt marionis & concupiscentia generantur. Item lib. Formatorius oculi cedere oportet, non secus, quam animalium venenorum malarum diffunditur enim virus ex osculo per os eorum corpus. Et S. Theodor. Sedita mulierum tactus cavendus monens, ait, *assuetudo oculi videtur mitem, & incensus libidinis, sedus contraxit.*

208 Non dicas, 1. oscula pressa separari posse a delectatione sensuali, ut in persona maxime frigida, adeoque in illa oscula & delectationem sensibilibi non esse venerea, & mortalia.

Quia maxime frigida, quamvis liberetur a commotione extrinseca carnis, non liberatur a commotione intrinseca sensu, & potentia appetitus sensitivi interni, non liberatur, inquam, a bullis in corde, de quibus Basilus.

Et oppositum est casus metaphysicus, & theoreticus; minime phisicus, ac practicus. Quem si tu practice experiat, gratias Deo agas; sed tua praxis (quam utroque singulari, & accedens; quoniam iudicium est de regulariter continentibus formandum.

2209 Non dicas, 2. te esse eximie timoratam, a iudicio macerationibus extenuatum, atque in vita contemplativa perfectum.

Quia utrumque potius te dicam, & ut talem, te reprehendit Hier. in Reg. Monach. *Ne in praxibus castitate confidas: Nec Sempiterni fortis, nec Davida sanctior, nec Salomone fortis esse sapientior. Memento semper, quod Paradisi edomum de possessione sua mulier egerit.* Et Augustin. in lib. de Singularitate Clericorum. *Experit eorum, experit loqueri coram Deo, non mentis Cedros Libani, Duxerit grevum sub hac peccatilla reperis de quorum casu non matris suspicabitur, quam Ambrósio, vel Hieronymi impudica turpitudine.*

2210 Dicit facta vera, etiam si quis in osculis pressis non intendat, imo proreptetur fe nolle copulam, nec ulterioiorem consensum, imo nec habere pro sine delectationem sensibilibi, quia talis proreptetur est contracta factio, nam delectatio sensibilibi est naturaliter inseparabilis ab osculo presso, & naturalis via ad medium ad commotionem spirituum, & delectationem sensualem, ut constat ex num. 2209.

2211 Qua ratione ex communi doctrina, in pollutione, vel copula, non sunt necessario exprimentia oscula, & tactus precedentia, quia ex natura sua ordinantur tanquam via & media ad illam. Ex iure autem proreptetur contracta factio nihil operatur; unde talis proreptetur, & exclusio finis, est preteritus, & color ad occultandum sub larva sanctitatis peccatum, & simplices decipiendum.

2212 Et eadem ratione, nemo dicit, non esse delectationem Confessariorum mulierem in confessione de occultatione, quamvis dicat id egisse absque malo fine; nonnisi quia habuit inchoatam, quatenus osculum inter personas solutus diversis tunc est malum, & inchoatum.

2213 Ex his colliges, osculum pressum, de quo in num. 2209, non esse indifferens, sed indifferens esse osculum in genere, & in communi ad superficiale, & pressum.

2214 Osculum namque superficiale, & instantaneum, potest esse licitum, ut modo communit, & solum erit malum extrinsece ob intentionem operantis, si fiat non ex fine honesto, sed vel ob delectationem sensualem, aut sensibilibi, vel ratione periculi delectationis sensualem, & consensu venerei, que quis sepe experitur.

2215 Oppones 1. pariterem de aliis sensibus, qui licet delectationem percipiunt ex propriis objectis, que attingunt, ut auris de sonu, nasus de odore.

Resp. Dispariterem esse, quia alii sensus ex proprio

rum objectorum attingentia percipiunt delectationem non prohibentur: oscula vero pressa, & tactus iustitiam pressi, sunt per se nata causae commotionem spirituum, & delectationem sensualem iure ipse prohibentur. Unde pariter solum tenet quoad oscula superficiale ex honesta causa (de quibus modo) que quidem sunt licita. Immo hi delectatio ex propriis objectis instantaneum sensum fit talis, & talibus administrata circumstantiis, ut per se, & acta qualitate personae, fit sana clausura ad commotionem eructandam spirituum, & delectationem sensualem veneream, erit pariter peccaminosa, ut in n. 2169.

2216 Oppones 2. consuetudinem primitivae Ecclesiae in danda pace ante Communionem, de qua Apostol. ad Rom. 16. & alibi: *Salutate invicem in osculo sancto.*

Resp. Consuetudinem primitivae Ecclesiae fuisse de osculo in danda pace, sed de osculo modico, & sancto, quod ore clauso, superficiale, & instantanea dabatur, in signum internae charitatis, & pacis; de quo Cyrillus Alexandr. lib. 1. Giaphy. pag. 169. ait: *Osculum est symbolum persequitur, amoremque nota benevolentia, & charitatis; minime de osculo presso, & mortuo, quo volutus habetur.*

2217 Hinc S. Clemens Alexandr. lib. 1. pedagog. cap. 11. inquit; *De modo, & clauso benevolentiam animi ostendimus. Et autem quomodo osculum inchoatum, venens plenum, sanctitatem simulat. An refectus, quomodo autem phalaris, si ore tantum tangens, gratias dolum va humilibus agerant?*

2218 Insuper consuetudo non erat, ut viri mulieribus deoscularentur se sed (ait S. Clemens Rom. lib. 2. cons. 57. 78. Ut vobis videretur, quod inchoatum est. Eucharistiam accedentes, osculenter. Ubi mulieres non agebant in Ecclesie promiscue cum viris, sed separatim. Quia tamen, hac non obstante cautela, hominum malitia, fraudem aliquando contingere comportuisset, osculum oris mutuum est in osculum facie tabellae, Ita Eminentiss. Baronius ad annum 65. v. n. 2221.

2219 Oppones 3. praxim osculorum ex consuetudine patrie, que usque in Gallias.

Resp. Praxim illam solum posse habere vim in locis, ubi talis adeo confuetudo, minime in aliis regionibus, ut in nostris.

2220 Insuper in locis illis confuetudo est de osculis modestis, ore clauso, superficiale, & instantaneis, ex honesta causa, ex causa, inquam, urbanitatis, ut in signum puri affectus, & amicitiae: Amicitia enim a Phil. 8. Erb. describitur: *Munus, & manifesta inter animos benevolentia, honestatis causa.* Et idem fuit licita.

2221 Non est autem ibi confuetudo de osculis pressis, mortuis, & studiosis voluptatis causa, aut in quo voluptas capitur. Ex quo fit, ut in Gallias, si quis det mulieri osculum pressum, & studiosum, homicidia sequatur, & ut: *Quis est* (ait Augustin. in Psalm. 30.) *qui non tractatur, videtur traxit injuliam fratribus, sicut non referantur oscula, quod signum iocunditatis dicit Et in lib. de amicitia cap. 6. tom. 4. Ipsum osculum tanta turpitudine sedant, ut se ostentant in illud aliud sit quomodo adulterari.*

DE OSCULIS, AMPLEXIBUS,

Tactibus, verbis turpibus, & similibus extra Matrimonium.

2222 **P**ater Babenbaum tract. 4. cap. 2. dub. 1. hanc habet:

Oscula, amplexus, compressiones manuum, & similia non obscena, si fiant tantum officii, aut moris patrii, aut amoris honesti, vel benevolentiae causa, consuetudinarii delectationem non solvantur (modo in eam non volunt delectationem) non sunt peccata. Lessi. loc. citum. 171.

Et vero ista sunt ex aliqua veniali vanitate, ioco, convivitate, levitate, perniciosa, (admodum non cum delectatione venerea, nec eius causa: & si prae intentionem subvertitur, ea venia, ac sine adhibendo illis) venientes delectationem non solvantur. Vide Filiuc. hic, Sauch. loc. cit. Dianam p. 4. tr. 4. ref. 139. Conarium tamen est tutius. Vide Trull. l. 6. c. 11. n. 8.

2223 **A**ppetitus vero, & subinde etiam (varius tamen propter periculum adiunctum) tactus, et periculosa, vel corruptiva, periculum subvertunt alicuius corporis, ipsam tamen sicut, circa affectum, & periculum consensu venerei, excusari posse a mortali, v. gr. quando simul aliqui natant, vel lavant; docent Laym. lib. 4. sect. 4. ex Sauch. lib. 3. moral. cap. 6. num. 12. 13. & num. 278. 281. Trull. d. 12. num. 15.

Verba turpia, lectio obscenorum, spectatio comediae turpium, cantiones inhonestae, gestus, litterae, & dona amatoria, si tantum fiant ex convivitate, vel ut non sicut, non sunt mortalia: sed tamen si fiant, vel animo inhonesto, sive venereo, vel cum periculo ruinae spiritualis sui, vel aliorum. Sauch. d. 45. q. 3. Filiuc. tom. 30. cap. 10. quae 31.

2224 Joannes in Crux in 6. praec. art. 1. concl. 1. de oculis, & tactibus, ait: *Ex se ipse non sunt peccata, cum licite fiant sine libidine ex more patrie, aut ob aliam necessitatem, etsi in eis excutatur aliqua sensus delectatio, dum non acceptetur, sed permittitur, nec est periculum corporis, sed in eam. Ita Velleo, & communiter, cum D. Thom. art. 5. Quia dicitur causa est licita, & alia talis delectatio non acceptata evadit prae intentionem. Sicut nec tenentur viri precipue abstinere se a colloquio spiritualibus cum familiaribus honestis, est patitur convivitationes inulnularias, Ita Med. in sum. S. 18.*

2225 Verticilli tractus. 4. quae 20. num. 28. Dico sexto, tangens, aut osculans ex honesta amicitia, aut ex more patrie mulierem, vel juvenem, si insisterit delectationi, eam tamen delectationem non intinat eque principititer, tunc est delectatio non est venerea, immo nihil tamen peccata, vel saltem venialiter tantum. Sylvell. verb. delectatio, num. 7. Rotius verb. Cognatio mortua, num. 4. Lessi lib. 4. cap. 3. num. 56. Commutus lib. 5. quae 10. num. 4. Rebelus part. 2. lib. 3. quae 19. sect. 3. versic. Similiter. Filiuc. tract. 30. n. 178. Salas 2. 2. quae 74. tract. 13. disp. 6. sect. 20. num. 119. Qui dicitur excusari a mortali, quatenus insisterit turpi pudendorum commotio, admodum delibere in eam non consentiatur.

2226 Omnino tamen quoad oscula, amplexus, tactus, & similia extra matrimonium factanda, & tentanda solo dicta a num. 2195. ad 2221.

Q U E R E S I.

2227 **Q**uid diciturum de sponsa de futuro? Dico 1. oscula, & amplexus superficiale, facta urbanitatis causa, fuit in signum benevolentiae, & iocundi affectus, sunt licita inter sponso de futuro. Matris disp. 11. quae 6. art. 3. a num. 139. ad 147. Casseus in corp. moral. tract. 5. ut castitate cap. 16. num. 205. part. 276. Gobat. tom. 1. tract. 10. num. 671. Aliozo verb. Luxuria, num. 5.

Ratio est, quia talia oscula non sunt mala ex obiecto, nempe ex genere suo, & in ratione osculi, alias inter parentes, & filios, & inter alios more patrie essent mala: & num. 2219.

Non ex fine, quia finis est honestus, nempe sincerus amor, & urbanitas, que sunt virtutes morales, minime voluptatis captanda, v. num. 2226.

Non ratione periculi, quia licet periculum non habetur in osculis pressis, ex quibus regulariter oritur commotio spirituum carnalium, & delectatio venerea, & concupiscentia, que ex recentibus iudicis oculis ex honesto motivo factis oritur, non est compla-

cent a carnalis, sed spiritualis, & moralis; igit ut (ut advicit Matrisius) *Posui vii vinctus, & gaudium mentis, quem affectu sensitivi appetitur.*

2228 Et in praxi oscula, & amplexus facta in signum iocundi affectus, aut urbanitatis causa, regulariter separata experitur a commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea; id, inquam, frequenter experitur. 1. In osculis cupit patrie, aut a parentibus facta, & licet conjugatos ipsos, quando unus debet ab alio discedere, aut ad alterum regressurus immo etiam dum simul cohabitant, saepe alter alterum delectationem alicuius licite commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea, in solium signum facit: benevolentiae, aut in solamen ex conjunctione, & propinquitate inter ipsos orta, utpote factos usam carnis, que propinquitas est tanta, ut ex Genes. 4. viri rursus patrem factum & matrem suam, & adhaec uxori suae.

2229 Sic et oscula inter suos factis in signum iocundi affectus, aut urbanitatis causis factis, figuram separati potest omnis commotio carnalis, & delectatio venerea; per hoc enim quod sponso confidetur proximam propinquitatem, & propinquitate innotat carnem cum sponsa, facit potest osculi ut in solo praxio fine honesto; eo maxime, quia licet copula inter ipsos futura fit venus, propinquitas, quae ex illa oritur, est honesta, & naturalis.

Quod 6. aliquis sponso fit ita fragilis, ut in huiusmodi osculis ex sine honesto factis experitur, se saepe cadere in delectationem carnalem, & veneream, hic utique fe acerbissime debet ab illis, quia in eo ratione suae particularis conditionis est periculum proximum, sed nec casus est per accidens, ac prout resolutio non officit) nec pro sponso ita fragili tantum damnum de peccato imorati, qui tale periculum in osculis non experitur, & licet fieri affectus, atque honesti motivi minime transcedant.

2230 Dico 2. oscula, & amplexus libidinosi, seu ob delectationem veneream inter sponso de futuro, sunt mortalia. Verticilli tract. 4. quae 23. Termande, Angles, Rebelus, & alii plures apud ipsam.

2231 Contra Galiet, & alios, qui volunt esse venialia. Ita etiam Joan. la Crux in 6. praec. art. 1. n. 4. his verbis, Immo & oscula & amplexus libidinosi sine periculo pollutionis sunt licita (sponso de futuro, eo quod sponso habet quoddam ius, licet inchoatum, & imperfectum ad corpus sponso, quod ad licentiam superbet. Et ista sunt veluti principium promissionis nuptiarum. Ita communitur, & maxime Galiet. 2. 9. 114. art. 4. Mend. Navarr. cap. 14. num. 18. & cap. 16. num. 12. Lessi. cap. 2. de matrim.

2232 Ratio firma notae fœderitatis fundatur primo in regula generali, quia quis delectatio venerea voluntaria excludit a Regno Dei, teste Apof. Ad Eph. 5. *sanctificati, aut immundum, non habet hereditatem in Regno Christi, & Dei.* Ubi Lyraus: *Omnes immunditiam Apostolus damnat, ut includeret omnia ad vitium luxurie pertinentia.* Ita Verticilli.

2233 Status sponsalium, licet inchoatio matrimonii per sponsalia de futuro, nec existit a dicta regula, quia adhuc sunt vere soluti.

2234 Nec dat jus inchoatum ad corpus sponso, ut constat generaliter in contractibus; inchoatio namque contractus nullum jus dat ad ipsum rei, nisi quousque fuerit perfectus; tunc quidem solum transferunt dominium rei, & qui non iam est dominus rei, non potest ea imperfecite uti, cum adhuc fit aliena, licet ibi veniat. Ita Verticilli, ex Rebello.

2235 Insuper (ut bene arguit Verticilli) si inchoatio matrimonii non habet effectum, quia honestate oscula venerea sponso, concubernet etiam tactus venereus pudendorum, & delectationem de futura copula inter ipsos; quod communiter negatur: quia tactus impudici fuit inchoatio copulae, & quia delectatio future copulae com-

inover spiritus generationi intervenient, & inde est quaedam conitit etiam verificatur de oculis veneris, quia etiam ex illis copula inchoatur, & etiam illa per se commovet spiritus generationi interveniente.

2236 Secundum fundatur in alia regula: Cui non est licitum frui, non sunt licita media. Cum igitur praemis facta oscula & amplexus sint per se media ad copulam, quae non est licita, sed mortalis peccatum; ita nec illa erunt licita, sed mortalia eadem: no. m. 2230. & 2178.

2237 Dico 3. quod si amplexus ob delectationem naturalium, & sensibiles, quae ex ipso osculo oritur, & generatur oscula & amplexus praestit, sunt mortalia sponas de futuro. Rodriguez in summ. tom. 3. cap. 162. num. 1. & Fernandez parti. 4. cap. 2. §. 4. & parti. 5. cap. 21. §. 1. num. 61. contra Tambur. tom. 4. lib. 7. cap. 3. §. 1. num. 61. Dianam parti. 2. tract. 17. res. sol. 6. cum Fagundes, Sanchez, & aliis, qui putant nullum esse peccatum.

Rationes sunt eadem de num. 2207. ad 2213. a. n. 2230. Qui enim ponit causam per se effectus venerei cum pravisione illius, & virtualiter effectum venereum procurare dicitur, licet expresse cum non intendat ad peccatum. Et ad id venereum nullum dare jus statui sponalium, probatur auctoritate a Borcia. de matr. quae. 4. punct. 7. Ricardus, alencia. & alii apud Vericellum. tract. 4. quae. 17. num. 1. Cujus rationes sunt, 1. quia si non reuenerit sub mortali tales motus reprimere, & posse sine mortali in magna delectatione venere periclitari, 2. quia tales motus ex natura sua ad pollutionem disponunt, 3. quia qui tales motus permittit, illos interpretative vult, unde fuerit quillos intendit, mortaliter peccat, ex num. 2198. ita quibus interpretative vult.

2238 Secunda sententia docet, non peccare mortaliter, sed venialiter, nisi adit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis. Cajet. in sum. verb. delectatio; verbi. Magna tamen, Diana parti. 2. tract. 17. res. sol. 5. Medina, Corobus, & alii apud Vericellum cit. num. 1. Sanchez in sum. lib. 1. cap. 2. n. 15. hac vocat communem, & D. Bonav. in 2. disp. 24. parti. 2. art. 2. quae. 2. num. 75. quamvis primam sententiam teneat, hac probabilem vocat.

2239 Hae sententiae adhaeret Tamburini, tom. 1. lib. 10. cap. 2. ut sequitur.

Q U E R E S II.

2239 Quid dicendum de conjugio? R. Etp. oscula, & amplexus praestit, & venera, atque tactus impudicus intra conjugatos, extra adum conjugii, si esse mortalia, si non sit periculum pollutionis. Et huiusmodi. Ique ratione status conjugii, qui dat ius ad finem, nempe copulam. Esse tamen venialia, in quantum sunt ob solam delectationem exercita. Ob rationem a num. 2230.

Q U E R E S III.

2240 An in delectatione venera deliberata detur parvitas materiae? R. Spondeo non dari, Castropal. tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. num. 4. Dian. parti. 5. tract. 5. res. sol. 5. & Doctores communiter, qui oppolunt sententiam improbabilem vocare solent. Et quidem cum damnavit Clemens VIII. in Officio S. Inquisit. ut recurret citati Auctores.

2241 Firma ratio intrinseca est, quam adducit et refert Vericelli tract. 4. q. 16. n. 11. ut sequitur. Hanc delectationem veneream, quantumvis leviorem, esse inchoatum pollutionem, ostendit ex Galieno lib. 14. de usu partium cap. 5. & 10. dicente, quod delectationem veneream fieri ex motu humoris spermatici, qui est substantia, & materia seminis, cum per venas, & arterias spermaticas, per modum hederis praesentis, & venis, ad vasa profunda descendere incipit, & per commotionem spirituum sensitivorum incalescit tamquam per causam efficiendam infrumum rariam. Sed hoc totum spectat ad inchoationem

pollutionis, & ad motum a Regno Dei excludendum, i. Corin. 6. quae (ut recte arguit Rebelius) illa a venera delectatio suapte natura, & ex fine operis ordinatur ad pollutionem, imo est inchoatio pollutionis, & totus autem motus pollutionis fecundum singulas sui partes est mortalis; multa enim inchoatio adus mortifici, etiam in aliis rebus, venialis est, sed mortifica, cuiusmodi est inchoatio occisionis, rapinae, furti notabilis, &c. 2242 Et quidem concludit, quod pollutionem venientiam esse improbabilem, falsam, etrocam, teneantiam, periculiosam, scandalosam.

Q U E R E S IV.

2243 An plene advertens in se cogitationes, & motus praeos cum delectatione sensuali, si illi nec consentiat, nec possitve resistat, sed negativae, & permittive se habent, peccat, & quomodo? R. N. hac re, & materia, periculis quidem, ac delectata, tres sunt sententiae.

2244 Prima affirmat, cum peccare mortaliter, quamvis certo credat se non consenturum. S. Antonius 3. in 2. §. in fine, Borcia. de matr. quae. 4. punct. 7. Ricardus, alencia. & alii apud Vericellum. tract. 4. quae. 17. num. 1. Cujus rationes sunt, 1. quia si non reuenerit sub mortali tales motus reprimere, & posse sine mortali in magna delectatione venere periclitari, 2. quia tales motus ex natura sua ad pollutionem disponunt, 3. quia qui tales motus permittit, illos interpretative vult, unde fuerit quillos intendit, mortaliter peccat, ex num. 2198. ita quibus interpretative vult.

2245 Secunda sententia docet, non peccare mortaliter, sed venialiter, nisi adit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis. Cajet. in sum. verb. delectatio; verbi. Magna tamen, Diana parti. 2. tract. 17. res. sol. 5. Medina, Corobus, & alii apud Vericellum cit. num. 1. Sanchez in sum. lib. 1. cap. 2. n. 15. hac vocat communem, & D. Bonav. in 2. disp. 24. parti. 2. art. 2. quae. 2. num. 75. quamvis primam sententiam teneat, hac probabilem vocat.

2246 Hae sententiae adhaeret Tamburini, tom. 1. lib. 10. cap. 2. ut sequitur.

De hac re non ego loquar, sed Castropal. tom. 1. tract. 2. disp. 2. parti. 10. §. i. n. 3. legatur Joannes Sanchez, qui fule idem probat disp. 21. qui sic habet: Etp. supra dictis sententiae affirmatae esse peccatum, quando voluntas non reprimi, neque coercet, cum possit, & valde probabilis sit, nam probabilior nihil videtur non peccare mortaliter voluntatem, quae non reprimi his turpes motus, sed mere negativae se circa illos habet, dummodo adit periculum pollutionis, aut ulterioris gravis consensus, Tenent hanc sententiam Caletanus, Navarvus, Tolerus, Philicarus, & alii plures, quos refert Salas, & licet ipse noluerit suam mentem declarare, satis insinuat ipse pro hac sententia, ut legitur patet. Probabilissimum esse affirmat Thom. Sanchez, qui hac reputat probabiliorum in vigore metaphysico, praesertim tamen aliam aetate esse veram. Praecipua ratio, quae me movet, est, quia huiusmodi motus a natura proveniunt, ita ut omni coercere sit impossibile, aliquid quo difficillimum. Non est igitur credendum de divina bonitate, salutem aeternam hominum sui periculis exponere, si esse enim falsus aeterna cupiditas hominis non quae me movet, est, quae huiusmodi motus a natura procedunt, arctatus sit non salum non admistere hoc motus, sed etiam illos reprimere, cum possit: obli-vum. Ergo si videtur hoc motus consurgere eo quod in leonali, vel ali modo decemur, sententia adhibenda obtinere, immo surgere, & se aliquoties veritate quod veris est durissimum, & sancti admittunt. Dem.

Deinde peccabit mortaliter, si non evitet causas, ex quibus cognoscit huiusmodi motus praeos insurgentem, si postquam excitatus fuit, tenetur illos reprimere, & si fortassis reuenerit reprimere, non excusetur: tenetur ergo sub mortali, fortissimum non aliquid, nec videtur, & aliisque similibus voluntas, quae in omni voluntate videtur bona sunt, vel saltem venialia. Denique argumenta contraria sententiae non urgent, &c.

Hae Castropal. & alii respondent ad quique argumenta, quibus probatur prior sententia, quae si libet, legere. Illud factum cum communi, esse veniale, lege Joanne Sanchez, loc. cit. qui num. 3. nec esse veniale contendit si, cum possit, non reprimas, neque excusationem habens, cur non reprimas, quia negari non potest, illos motus esse ordinatos, & ad copulam incitare. Excusatio autem sufficiens esset ea, quae esse necessaria, vel utilis tibi, vel alteri ut audire Confessiones, legere, studere, urbane loqui cum familia, equitare, & multo magis excusabile mor, ne dum attendis ad volendum positive reprimere, crearet tentatio, tunc enim, imo & semper in eiusmodi tentationibus consultissimum remedium est, statim advertere cogitationem ad alia objecta non illicita, praeterquam quae ex maxime abstractis, id est, non solum esse negative se habere, sed eedere se, siliere. Quae omnia, & etiam si praevideatur pollutio, sed non intendatur, nec sit periculum consensus, de quo a nobis factus, sup. lib. 7. cap. 3. §. 5. n. 48. 2247 Ita et Castropal. tom. 1. tract. 2. disp. 2. quae. 12. qui sic habet.

Notandum item est, si ob causam necessariam, vel utilem tibi, aut alteri, non reprimas huiusmodi motus, cum sensus fideles, conscientiam, legere, studere, loquere, aliquid cum familia, equitare, & timor incitandi in turpioris delectatione, vel urgentius tentandi, nullum peccatum committis, etiam si adit periculum pollutionis, & modo ablit periculum consensus, quia tunc patris his delectationes, non quis illa Azor. tom. 1. inquisitionum moralium lib. 4. cap. 5. q. 3. Salas plures referens 1. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 3. num. 31. Sanchez lib. 1. in Deali. cap. 2. num. 12. Nauquez disp. 208. cap. 3. in fine. Gomizh. disp. 34. de matr. in dub. lib. 11. num. 111. Ledius lib. 4. cap. 3. in dub. 14. num. 94. & in dub. 15. num. 118. 2248 Rationem, cur adit peccatum veniale, dat etiam Vericelli cit. num. 15. his verbis.

Sentens tunc motum cum delectatione, quantumvis omnino certum sit nullum subesse periculum, neque consensus, neque pollutionis; tamen nisi aliqua causa exculetur (de qua infra) venialiter peccat, & eos praeos motus non compellens; ita dicitur contra Io. Sanchez disp. 21. punct. 1. Ratio est, nam istis motus cum delectatione venere est de inordinatus, & turpis, & ex natura sua allicit ad consensus, & disponit ad pollutionem, saltem remotus ergo tenetur voluntas eos posse & comprimere; tunc quia in omnia fideles sensus ostendit, qui passim se accusant de negligentia in resistendo: sed si motus esset sine alia praeos delectatione, tunc potius nullatenus de ipso curandum, ut recte docet Joannes Sanchez, ubi supra num. 18. & infra probat.

2249 Iste tamen Dodissimus Vericelli cit. num. 4. ad 21. tenet, hanc secundam sententiam esse probabiliorum absolute loquendo, rarissime vero tutam in praxi, & ac proinde. 2250 Quantum ad primam partem, solvit argumenta opposita advenant, si esse peccatum pollutionem illos turpes, & delectationem veneream non voluntarie procurant, esse materiam gravem, quando adit periculum proximum consensus, aut pollutionis. Nec ea displicent ad pollutionem, nisi remote, si non sint voluntarie, & ab ipse procurant. Nec a libidinis interpretative, aut virtualiter pollutum, nisi quando quis potest, & tenetur impedire.

2251 Et Castropal. qui absolute absque distinctione de veritate speculativa, & practica, secundam sententiam tenet, tom. 2. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 5. n. 4. addit: Admitto gratis, nisi contrarius idem esse iudicandum taciti, & expressi propter praesumptum consensus; et in peccatis negotiorum; namque cum tibi licet aliorum peccata velle, licet tamen illa non impedire, & Deus peccata permittit, non tamen illa vult.

2252 Ibi addit, mortale esse hoc turpes motus velite, aut procurare; quia fit initium, & causa pollutionis, inquit, necesse vero illos non procurare, nec vellos permittere. Et voluptatum non esse sub mortali obligatum impedire quantumlibet pugnant appetitus sensitivi; sed illam, quae fit talis, ut conditum voluntatem in peccato proximo ad consentendum.

2253 Quantum ad secundam partem de veritate practica, Vericelli cit. a num. 16. inquit:

Dico septimo, in praxi raro excusatur a peccato moralis, qui venera delectationibus, ac titillationibus, inquit, necesse vero illos non procurare, nec vellos permittere. Et voluptatum non esse sub mortali obligatum impedire quantumlibet pugnant appetitus sensitivi; sed illam, quae fit talis, ut conditum voluntatem in peccato proximo ad consentendum.

2254 Alphonso Rodriguez, exercit. scri. par. 3. tract. 4. cap. decet, sapissime dodissimos viros jure, ac subit peccatum mortale, & unde S. Bonaventura in specula discipline acriter reprehendit eos, qui ex veteranda putantes non esse mortale, omittunt hae confiteri, & sepe facile communicant. 2255 Denique, tertia sententia tenet, eum non peccare mortaliter, si saltem aliquam dispensationem habet, licet omnino delectationem veneream non reprimat, nec quae causam removeat, dummodo certus sit, se non consenturum. Ita praeos Doctores A. D. Bonaventura, cit. res. sol. etque adhaeret Sanchez in sum. 1. lib. 10. cap. 2. num. 15.

Hae sufficienter esse gravissimas Doctores retulisse: nam plurimum eorum Magistros exemplo motus, in hac 16. malo discipuli munerat fuit, quam Magistri.

2257 Illud certum est, cum peccare mortaliter, si adit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis, etiam si creat se non consenturum in delectationem veneream, & pollutionem; quia ut recte ait Vericelli) eodem tractato, quo quis tenetur pollutionem vitare, tenetur etiam causas per se influentes in illam auferre, nisi causa aliqua necessaria excuset: ut num. 2180.

2258 Ad dignoscendum, quod erogat periculum proximum, primum figuram est, experientia, quae quis in simili commotione & delectatione postus, expertus est, sed saepius commisit, aut pollutionem fecum esse. Secundum; si commotio & delectatio sit gravissima, ac ita vehementer, & naturaliter irrita, ut iudicio prudentis non possit resistere, si esse proximum pollutionem. Ad hoc juvant etiam dicta de occasione proxima.

2259 In casu igitur periculi proximi, tenetur quis sub mortali positive resistere, & praeos motus reprimere; & utendo remediis, de quibus modo: a n. 2265.

QUANTUM AD SIGNA

2260 **C**onfessus praeterit, vel non, ab eo, qui postea non reficit, extra casum periculi proximi. Sunt a viro pudente (ut docet Janus Vericelli) consideranda quatuor. 1. Qualitas personae. An sit timorata, vel laxae conscientiae? 2. Qualitas delectationis venetorae. An fuerit levis, vel gravis, & brevis, vel diuturna. 3. Causa. An rationalibus, ut auditio Confessionum, iudicium, &c. Vel irrationalibus, ut curiosus aspectus, turpis lectio, aut locutio, &c. 4. An aliquam ejus delectationis displicentiam habuerit, vel nullam.

2261 Si sit persona timoratae conscientiae, ut potius mallet mori, quam fedari; tunc si cogitatio, motus parvus, & delectatio fuit levis, probable est non fuisse confesum; quia vir timoratus haud ita facilliter in confesum ruit.

2262 Idem dicitur. 1. Vericelli citat, num. 3. & 5. Si fuit gravis, & diuturna, causam tamen non removet ex rationabili motivo, ut studio necessario, auditione Confessionum. Et tunc licet ratione probabilitatis, quod non adhaerit confensus, non teneatur confiteri; consilium est, ut confiteatur.

2263 Idem etiam dicitur. 2. Si causam non removet sine rationali motivo; ut esset aspectus curiosus, lectio, &c. ipse tamen displicentiam delectationis habuit; quia displicentia est quaedam restitio, quae quavis sit inefficax, & sine delectatione, officio tamen ad exhibendum confesum. Ita ille cum Sanchez. Et solum dubium esset de confensu, & inde, quod teneatur confiteri, si displicentiam non habuit.

Huc autem secundo dido nullo pacto adhaerere quia aliud est loqui de motu turpi, & delectatione naturaliter ortis; aliud de ortis ex causa libera, non necessitata, de qua num. 2189. ut est curiosus aspectus, lectio non necessaria, &c. tunc quidem, & gravi motu turpi, & delectatione urgente, tenetur quis causam removere; quia cum nullo subito tunc, quae connotent non remotionem causae, recurrunt dida superius 2250. de delectatione libera & procurata.

2264 Denique addit Vericelli cit. Sic si detur, iustis, iustis tamen, quia adhuc durans, experientia tamen adhibet, ut praevio motu a seipso cessare, neque venialiter peccare, si non teneat ita S. Thom. 2. 2. q. 35. art. 1. ad 4. in primam ad Corinthi, cap. 6. g. 6. Certe, 1. 2. q. 74. art. 8. dub. 2. S. 3. ibid. Peccantur art. 10. disp. 5. Anonymus tom. 1. lib. 4. cap. 6. quae 5. Joann. Sanchez in selectis disp. 21. num. 11. Qui etiam scrupulosus est, & scrupulosus cruciatum cum respicere nititur, & causam amoverit; si respicere non avertit, excusatur a seipso, non confitetur. Ratio est, quia iustissima causa non resistitur, aut causas delectationum non amovendi, qui evitavit scrupulosum cruciatum. Alia vide infra de requisitis ad peccatum mortale.

DE ARMIS AD PUGNANDUM CONTRA tentationes carnis, & pravos motus.

2265 **P**rimo, est fuga occasione iniuriae pugnae. Teste Aug. serm. 249. de Temp. Apprehendit fugam, si vult evitare vitiosum; nec fit sibi reuendum fugere, si catholice palmam desiderat obtinere. Et Hic. Epist. 22. Dum parvus es hostis, invicere.

2266 Secundo, est fuga omni, & omnino natus est omnium libidinum seminatium. Hinc Ezech. cap. 16. dicitur: Impietas Sodomae, superbia, saturitas panis, abundantia, & otium.

Adeoque tunc quis animus alio divertat, aut se excipiat in lectione librorum, vel operationibus, & exercitiis manualibus, &c.

2267 Tertio, est importatio Auxilii Divini, & Invocationis Sanctorum; scriptum namque est Sapientiae

capit. 8. Cognosce, quod non possum esse contentus, nisi Deus deus: deiceo ad Dominum, & deprecatus sum illum.

Imploret igitur divinum auxilium, si se agat signo Crucis, Oraciones psalteriorum, & Deum Virgine. Consequitur tuque tua carnes meas; & iudicis enim tuus tuus. Ne permittas me, Domine, a te separari.

Ad Christum Crucifixum mentis oculos convertat: Tu Domine Deus meus, & Jesu dulcissime, pedes in pedibus, & ore volutatis operum dabo t. Moriar, moriar; primumque te Redemptorem meum ostendam.

Ad Virginem confugiat, dicendo: Sub tuum praedictum, & ore Virgo singulari, inter omnes natus, nos culpis solutus, mita fac, & castus. Ter ligno Crucis in fronte, ore & corde te signans, dicit. Rec sanctissimam Virginitatem tuam, & immaculatam Conceptionem tuam, Purissima Virgo, munda cor, & carnem meam.

Ad Angelum Custodem i. Angeli Dei, qui cubos est meus, &c.

Ad sanctos, maxime ad D. Hieronymum, oratione, quia ipse utebatur: Timidi incidere in approbatione, si a carne superatus fuero: non ore Domine, ut hoc approbatione a me auferas; & si me a carne tentari permittis, non me permittis succumbere.

Quarto, est consideratio quatuor Novissimorum & Memoriarum quod delectat, aeternum quoque cruciat. Sint tibi in mente haec tria verba, & quae tradit Vericelli. Nam, Sciam, Nunciam, Non tamen. Non tamen descendere in infernum: Nunciam inde exire.

Quinto denique iuvare moderata jejunia, mortificationes externae, & disciplinae.

DELECTATIO MOROSA

2268 **E**t si delectatio deliberata de actu turpi, quae praeterit consummatur interius, vel est consumptio voluntaria in motus illicito appetitus sensivus. Unde dicitur morosa, non a temporis motu, quia cum consistat in actu interno, potest consummari in instanti, sed ex motu rationis, & avvertentis sufficientis, ut sit peccatum; & adeoque si per longum tempus detineatur in delectatione actus pravi, v. gr. copula, quam cogitat, sed non plene adhaerens ad malitiam gravem ipsius delectationis, nec plene consentiens in ea detinetur, non tunc delectatio, nec peccatum mortale. Omnia vid. dida a num. 2260.

2269 A delectatio differt, quia delectationem aut consentens in copulam illicitam, v. gr. est adus voluntatis efficacis, qui consummatur in actu opere externo satisfactionis, & delectatio vero morosa deest copula, quam mente quis cogitat, sicut solus, & consummatur interius, & non transit ad volendum exequi id, de quo quis delectatur.

2270 Difficultas est, an in delectatione morosa ex pluri debet in confessione persona circa quam delectatio versata est, nempe, quod sit conjugata, conjugata, Deo facta? Afirmat magis communis opinio; quia delectatio morosa habet ex natura sua casualitatem in adum externum, ac proinde continet speciem malitiae adus externi, v. gr. adulterii, incestus, aut fornicationis.

2271 Ita Cajet. 2. 2. q. 154. art. 4. Rod. in sum. 2271. cap. 101. num. 3. Bonac. de marrim. quae 4. punct. 8. num. 18.

2272 Probabile autem est, non esse explicandam circumstantiam venialis, sed sufficere, si dicitur: Delectatus sum toties de copula illicita istam cogitando, non desiderando. Ita Vericelli quae 5. Castrop. tract. 2. disp. 2. punct. 10. S. A. Diana p. 1. tract. 7. ref. 85. Valquez, & Legala, & Tannet. & in apud Vericelli cit. praeter malitiam contra castitatem, non habere aliam malitiae speciem cum ipso opere.

Ratio est (docet et Vericelli) quia obiectum de-

lectationis morosae non est opus externum, ut ponendum a parte rei cum proximi iniuria sed est ipsa cogitatio operis, seu opus quatenus cogitatum delectatur. Ergo cum cogitatio ipsa non fit iniuriosa conjugii, v. gr. aut consanguineae, &c. non habet delectatio maritali adulterii, aut incestus, &c.

2273 Tum quia in tantum id debet explicari in desiderio, & gaudio copulae illicitae, quia delectationem est voluntas efficacis actus externi venerei, qui desideratur; & gaudium est voluntas efficacis approbationis adus externi venerei parati, ac proinde specificatur ab adu externo; delectatio vero morosa est voluntas inefficax, quae sinit, & consummatur in loca interiori delectatione, sine ordine ad actum externum, ac proinde non est de eius causa.

2274 Constat, quia delectatio morosa solum tendit in adum venereum mente conceptum, minime in circumstantiam personae conjugatae, & adeoque solum contra castitatem opponitur, & sola castitas per se contra violatur, minime jus conjugatae, conjugatae, aut farrae; & consequenter delectatio morosa non variatur specie ex variatione personarum nisi tendat in personam, seu opus externum, ut subest formaliter illi circumstantia conjugatae, farrae, &c. vid. num. 2286.

2275 Item est dicendum de aspectibus, quorum delectatio venerea sinit interius, & non transit exterius ad desiderandas mulieres, quae affectu venereo adhaerent. In his, ut supra, & omissis, explicanda est circumstantia personae tactae: quia sunt actus externi, adeoque per eos non sinitur in sola delectatione interna.

2276 Delectatio vero de copula sodomica contrahe speciem malitiae sodomicae in confessione explicandam; quia est de copula innaturali, quae est extra genus copulae naturalis.

2277 Ligatus vero castitatis, si morose delectatur, debet circumstantiam sine persona explicare, quia peccat contra totum; ut in num. 1855. De conjugato affirmat Valquez, quia in matrimonio praestatur fides conjugii non collocandi corpus, nec mentem in aliena. Negat Castrop. tom. 3. tract. 2. disp. 2. punct. 10. S. A. num. 4. Diana p. 1. tract. 13. ref. 99. Gaspar Hurtado, & Vericelli, tract. 4. quae 5. n. 5. quia quod in matrimonio praestatur fides de non collocanda mente in aliena, etiam sine delicto procedendi ad externam, non probatur; ita ille.

DELECTATIO COPULAE CUI LICITA

2278 **P**endet ex hoc principio, cui est prohibita finis, sine prohibita media, seu 2. cui non prohibita media, &c. non est licita voluptas inde derivata; & e contra: cui non est prohibita finis, non sunt prohibita media, &c. hoc praesumitur.

2279 Coniugium morale, & delectans de copula praeterea, vel de copula cogitata ut praesenti, in absentia alterius conjugis, absque periculo pollutionis, non peccat mortaliter, sed venialiter; quia in statu conjugii non est prohibita copula, ita nec est delectatio. Quia autem venialiter, quia opus conjugii, ob solum delectationem exercitum, est peccatum veniale: nam opus conjugii est a natura institutum ad duos fines, ad procreandam prolem pro conservanda specie, qui est finis principalis, & ad solummodo libidinem; quia ratione nullum peccatum committit, quia conjugii exerceret ob delectationem, si eam ordinet ad procreandam prolem tamquam finem principalem; peccat tamen venialiter, qui ob solum delectationem exercet, quia exercet more brutali, pervertendo ordinem a natura institutum; & consequenter voluntaria, & deliberata cogitatio, quam habent conjugati de copula praeterea, si non habeat aliud mo-

EXAMEN ECCLESIAE

tivum, nisi solum delectationem, non potest a veniali excusari: vid. praep. 9. ad Innocentio XI. dnm.

2281 Vidua coniugii de delectans de copula praeterea habita in statu conjugii, peccat mortaliter; quia vidua licet & nunc in statu viduitatis est prohibita copula, ita & delectatio de copula. Eadem ratione peccat mortaliter sponsi de futuro, si delectentur de copula futura; licet enim talis copula non fit mala in ratione effectus, & ut ab operante procedens est mala delectatione obiecti, respectu eius, cui obiectum, si obijciatur in statu, & tempore, quod fit ei prohibita; hac ratione pollutio nocturna involuntaria non est peccatum, & delectatio voluntaria de illa est mortalis.

2282 Diana p. 3. ref. 57. Bonaccia, & Tannarius, cum multis tenent. 1. Visum licite gaudere posse de copula conjugii praeterea, & delectare futuram, si pariter de solutio, & sponso nullo tamen modo in praesenti delectari; quod intelligitur de puro desiderio, minime de desiderio conjuncto cum aliquo affectu actuali malo, vel de desiderio, quod fit causa efficacis pollutionis, & de gaudio, non prout confunditur cum delectatione, sed prout coincidit cum approbatione, ita ut idem fit gaudere de copula conjugii praeterea, ac cum approbatione. Ratio est, quia delectatio morosa est de iustis ad libidinem, & motus sensuales pariter non fit approbatio, & parum desiderium. 2. Licetum esse de pollutione naturali nocturna, & involuntaria non delectari, sed de ea habita gaudente, & cum affectu honesto, non tamen in se, nempe ad sedandas, vel ob sedandas tentationes carnis, ad exonerandam, vel ob exonerandam naturam, ob fanitatem, &c. quia tunc talis pollutio neque obiective est mala; nam fit gaudens, & placens, non gaudet, & placet de pollutione, sed de fanitate; idem dicitur de desiderio. Id de pollutione negant Sorus, & Rodriguez in summa, quia pollutio est obiecto mala.

2283 Id certum est, nullo pacto licere pollutionem nocturnam, & naturam recurre, etiam ad sanitatem obtinendam, quia tunc est voluntaria in causa, & ab intrinseco mala.

2284 Si die Sabbati delectetur de commessione carnis, aut illam desiderata, praetera per intellectum, & seu non intellecta die Sabbati, non peccat; quia tenetur maritalium, dum praecedat circumstantiam prohibitionis, seu sub qua est prohibitio. Peccat vero, si desideret comedere caenas nocte die Sabbati, etiam si possent tractata voluntate non comedit, & qui tunc non praesentis, sed concernit circumstantiam die Sabbati: in primo, inquam, casu, dies Sabbati habet rationem temporis, quo existit, & fit adus desiderii, & ideo non transmittit malitiam in adum, quia concomitantem se habet, in 2. se habet ut terminus se tenens ex parte obiecti, ut eius circumstantia, & ideo transmittit malitiam in adum.

2285 In qua re tunc regula: in obiectis malis, quia prohibitis, de his per se consideratis delectatio non est peccatum mortale, nisi delectatio fiat de re ipsa: focus in obiectis prohibitis, quia malis, ut est adulterium, homicidium, &c. quia in primis potest obiectum praesentis a malitia, non sic in secundis.

2286 Complacenter, seu delectatio de actu peccaminoso, est peccatum, & contrahit eandem speciem, & oblationem malitiae actus. Si vero fit de modo, aut alia circumstantia in se non peccaminosa, v. gr. de deceternitate, industria, inventione, &c. in furando, &c. non est peccatum mortale, & aliquando neque veniale.

DESIDERIUM REI ALIENAE

2287 **E**t si peccatum contrahens malitiam iniurificam futuri, si de re aliena obtrudenda via illicita, & cum damno domini: focus si videns v. gr. vestem Petri, similem desideres, vel eandem, impetronem, donationem, aut alia via licita obtrudendam. De-

EXAMEN ECCLESIAE

eimo namque precepto prohibentur in concupiscentia, que septimo precepto prohibentur in factis unde co-
 prohibentur deliberata voluntas aliena usurpandi et
 tenendi, aut dampnum inferendi.
 Securus in 2. d. 12. quæst. 4. lit. L. in 3. d. 15. quæst.
 unic. lit. Et. in 4. d. 15. quæst. 2. lit. L. Matritius in
 Theol. moral. disp. 11. quæst. 7. & quæst. 8. num. 151.
 Joann. la Cruz pag. 87. 6. præcept. Bonac. tom. 1. pag.
 265. pag. 366. pag. 377. Tamb. tom. 1. pag. 181. & 207.
 Burch. lib. 1. tract. 4. cap. 2. Diana in gloriois locis,
 Caltrap. Verricelli citat. Clericatus cap. 118.

DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non furivm facies.

CAPUT I.

De Justitia, & Jure.

2288 **D**E jure pro lege sumpto dictum est, cum de
 aliquam rem legimus, modo jus est potestas legitima ad
 aliquid rem obtinendum, vel retinendum, aut ad
 aliquid sustinendum faciendum. Est duplex, in re, &
 ad rem. Jus in re est illud, quod per ipsam rei tradi-
 tionem acquiritur. Jus ad rem est illud, quod aliquis
 pro re habet, sed non per ipsam rei traditionem, sed
 in re est ad actionem in rem rei, ut si habes jus in
 re, habet ad actionem ad eam sibi vindicandam, a quo-
 cumque possidet eam. Jus ad rem ad actionem in per-
 sonam, ut rem, quam v. gr. vendidit, donavit, &c.
 tradit. Præcipua juris species est dominium.

DOMINIUM

2289 **E**st facultas disponendi de re quantum sibi
 subjacta: est duplex, jurisdictionis, & pro-
 prietatis. Dominium jurisdictionis est potestas gubernandi
 vel subditos, precipiendo, prohibendo, premiando,
 vel puniendo. Dominium proprietatis est facultas de re
 aliqua disponendi tanquam sua. Hæc est duplex, ple-
 num, seu perfectum, & est facultas libera, & licite
 disponendi de re etiam in proprium commodum, & quoad
 omnes usus, a lege, vel conventionem non prohibitis. Im-
 perfectum est illud, quod vel habet proprietatem vel sine
 fructibus, & dicitur Dominium directum, vel habet
 fructus sine proprietate, & dicitur dominium utile.
 Tale habet usufructuarius, v. gr. domus, fundi, &c.
 cuius habet tantum usum, & fructum; rei tamen do-
 minium retinet pater eius dominium directum.
 2290 Usufructus, est jus utendi re aliena, & percipi-
 endi ejus fructus salva ejus substantia. Sic usufruc-
 tuarius est maritus respectu dotis uxoris, cuius do-
 minium & proprietatem tenet uxorem, aut ejus filios
 retinet.

2291 Jus utendi est facultas utendi re aliena, non
 tamen percipiendi fructus, & salva ejus substantia.
 Hinc qui habet jus utendi equa, ea uti potest ad aran-
 dum, et non potest de ejus pullo disponere, qui vero
 habet ejus usufructum, potest utrumque; unde usufruc-
 tuarius disponere potest de fructibus rei tam pro
 se, quam pro aliis, vendendo, donando, &c. non sic
 usufructus.

2292 Utus facti importat nudum usum rei, absque
 jure, aut dominio utentis. Differt ab usufructu, quia
 usufructus, habet jus utendi, ita ut si ab usu rei impedia-
 tur, potest illum esse iustitia exigere; non sic, qui habet
 simplicem usum facti. Ita Religiosi omnes in particu-
 lari, Franciscani vero tam in particulari, quam in com-
 muni habent simplicem usum facti; sicut vultures Con-
 ciliaris res, quarum pro sustentatione propria cedunt.
 2293 In his rebus, quæ ipso usu consumuntur, v. gr.

in cibo, potu ac vestitu, separari potest usus a domi-
 nio, ut constat in Franciscanis, qui quidem possunt
 uti pane ad manducandum; aut non possunt de illo dis-
 ponere alteri vendendo, donando, &c. imo illum, quem
 habent, dependentem a voluntate domini habent, qui
 est Summus Pontifex, & qui in eum dominium suum
 clemeosynarum, & rem omnium pro eorum necessi-
 tatibus sublevandis a fidelibus subministrarum.

2294 Jure nature dominus sunt communitaria. Unde domi-
 nium licetiam inter, & est distincta jure gentium
 post Adæ peccatum, ut sic patet, & humana legem
 consecratur.

USUFRUCTUARIUS

2295 **N**on potest usufructum sine consensu pro-
 prietarii donare, vendere, aut alio modo
 alienare: quod si faciat, illum amittit, & proprietari-
 o cedit; ex l. si usufructus, vers. & si extraneo, ff. de
 jure dotium; quia est jus personam inhærens, quod in-
 de non potest in alium transferri, alias potest usufruc-
 tuarius senex illud juveni concedere, quod est in pra-
 judicium proprietarii.

2296 Quamvis autem usufructus alienari non pos-
 sit, potest ejus commoditas, & utilitas alienari, & sic
 licite usufructuarius fructus vinee vendit; quia id non
 est vendere usufructum, sed fructum vinee, adeo-
 que emptor fructum vinee percipit, minime nomine
 proprii, sed usufructuarii, cum. 179. Castrop. de
 justitia tract. 31. disp. non. parit. 13. n. 4. & 5.

2297 Fructus pendentes, & non recollecti pro usu-
 fructuario in ejus vita, cuiusvis sui generis, & rei
 naturales, sive industriales, sive civiles, ad proprietari-
 um spectant, l. si usufructuarius 13. ff. quibus mo-
 dit usufruct. amitt. Franch. d. cap. 168. An. a Spir-
 it. Sand. de jure, & dom. tract. 10. disp. 2. sect. 3.
 & Molin. & Sanchez.

2298 Difficultas est de fructibus maturatis, & non
 exactis, pro quibus quidem variat Doctores, qui
 tamen distinctione conciliantur.

Vel enim sunt naturales, & percepti, ex Hamigerata
 l. de usufructu, ff. de usufructu, Castilio de usufructu,
 cap. 77. n. 10. Anronel. de temp. leg. 48. n. 9. Barbos.
 in leg. divortio, n. 22. In hujusmodi namque fructibus
 tempus perceptionis attenditur, & quod sint a loco se-
 parati pro usufructuario, aut per alium nomine
 ipsius, Antonel. citat. n. 4. Castilio citat. num. 4. Qui
 idem docet, etiam si fructus essent percepti, & recol-
 lectioni proximi, ex l. de usufructu.

2299 Vel sint fructus civiles, qui de die in diem per-
 cipiantur, ibi etiam ad usufructuarium spectant, cuius
 hæredes potest illius mortem, in aut possit eos alteri
 cedere, legare, & in testamento, aut alio modo de illis
 disponere, Bald. cap. 1. in fine de pace rem. in usus fund.
 Franch. d. cap. 168. n. 11. & Addit. num. 1. Peregrinus
 art. 49. num. 100. In hujusmodi namque fructibus non
 attenditur separatim a solo, sed solum cessio obligatio-
 nis, ita ut id, quod in naturalibus operatur separatim,
 in civilibus operetur cessio obligationis. Et sicut in na-
 turalibus tempus separationis attenditur, ita in civilibus
 attenditur tempus incipiendi debet; cum igitur contractus
 intro statim debeat de die in diem, de die in diem
 usufructuarius redunt; adeoque licet non essent
 pro illa rata temporis exacti, usufructuario acquiruntur,
 et ipsique, ac eisdem hæredum hæro pro illa rata
 temporis exacti, & non pro illa rata temporis exacti,
 & realis fructum maturatorum dominus; unde cur
 prædicti fructus rei maturati tempore illius domini,
 pro eo remanent non exacti, & pro ejus hæredibus,
 eo mortuo.

DOMINIUM PROPRIETATIS ACQUISITIO.

ADDITIO

Aligua de rebus inventis.

2300 **A**d acquirendum dominium rei, que sine nul-
 lius actu, sufficit sola eius apprehensio, quia
 quod nullius est, jure gentium occupantur conceditur;
 Sic animalia ferocia, & sylvestria, que antea nullius
 fuerunt, vel si alienus fuerint, naturalem libertatem
 recuperant; sicut primi occupant, sive in propriis
 sive in alienis. Non tamen excludit de
 se mansueti, & domesticæ ut galline, columbe, anse-
 res domesticæ, & seræ usus mansuetæ; hæc enim li-
 ces longius aberunt, quamdiu retineant consuetudinem
 reddendi, sive sui domini, eiq; rei reddenda, ff. de usufructu
 2301 Columbaria est lecta, & eoque ad nil tenetur
 dominus pro coluntatum cibo.
 2302 Fera, & volucres venatione capta in fundo
 alieno, sunt capientes, quia nec sunt pars fundi, nec
 ibi suam naturalem libertatem amiserunt, ac proinde
 inuis sunt, & sita primo occupantis. Si autem relictus
 fundi consistat in venatione, non sunt capientes,
 sed domini fundi.
 2303 In venatione, si feras, aut volucres sit le-
 viter vulnerati, ut fugere possit, tunc, si alius cum
 fugientem capiat, est capientis, quia naturalem libe-
 ratem non amisit. At si vulneravit, quantum satis fuit
 ad capiendum, & vulnerans esset cum fugientem in-
 ventus, & non capientis, si vulneratus, nec
 alius potest illum prævenire, quia adeo moralis rati-
 onis comprehensionis. In dubio, an qui vulneravit,
 esset captus, est capientis, quia censetur suam natu-
 ralem libertatem habere. Si vero ita laqueum constituit,
 ut fugere non possit, tunc, si alius eum dissolvat,
 non est dissolvens, sed ejus, qui laqueum paravit,
 quia per suum instrumentum eum quasi manu apprehendit,
 & volucer naturalem suam libertatem amisit.

2304 Thesaurus est usus depositi pecunie, & non
 exactis memoris, ut iam dominum habeat. Si inventarius
 casu in fundo proprio, est inventoris; si in alieno,
 dimidium est inventoris, & dimidium domini fundi.
 Si inventor arte magis, totus est Fisci Regii in
 regnum delicti, sed potest sententiam. Si in loco pub-
 lico, vel sacro, dividi debet cum fisco, vel Præfato,
 cuius est locus. Si non casu, sed data opera quis sine
 licentia domini effodiens eum inveniat in fundo alieno,
 teneat totum reddere domino, delictus exceptis.
 Hæc de jure nature, communis, & canonice, atque
 in foro conscientie, pro foro autem externo attendenda
 sunt pragmaticæ, & consuetudines proprie Reg-
 norum, quæ solent totum Principi concedere.

2305 Sic in alieno fundo sine usufructu, potest
 fundum communis pretio sine illo onere emere, quia
 thesaurus non est pars fundi, nec venditio fundi
 spectat ad dominium fundi. Adducit Tambur. pariterem
 de Pharmacopæia, qui emere potest vili pretio faccum
 lignorum, ubi adeo cognovit herbam præfatum com-
 munitur nemota. Nec obstat lex antea, Cod. de the-
 sauris, quod thesaurus in alieno fundo inventus dis-
 pendens sit, ut dimidium sit domini fundi; quia sup-
 ponit eum dominum fundi, tempore quo fit inventio
 thesauri, Castrop. tom. 6. disp. non. parit. 17. Tambur.
 tom. 1. l. 8. rr. 4. cap. 1. §. 3. Qui plura, & fusc.

2306 Ad acquirendum autem dominium rei, que
 antea alienus erat, requiritur semper titulus, & regu-
 lariter traditio. In aliquibus casibus in jure expressis
 non requiritur traditio, ut in beneficiis Ecclesiasticis
 sufficit sola collatio, & acceptatio. 2. In donatio-
 ne, aut venditione facta Ecclesie, Civitati, aut locis
 piis; 3. In legatis. 4. In hereditatibus.

2307 Titulus, in quo fundatur novum dominium
 est, qui antea erat, jure communi & huma-
 no est multiplex, videlicet belli, præscriptionis, con-
 dictionis, aut alieus contractus civilis.

2308 **I**co inventores non fieri dominos, quoad res in-
 ventas, quæ Dominum habuerunt, & casu ali-
 quo fuerunt amissæ, v. gr. qua naufragio facta ejectæ
 sunt ad litus maris; quousque enim res ejusmodi repe-
 rit, illas dominus restituisse debet, si dignoscere possit,
 & ad illos dignoscendo, moralem diligentiam adhibere
 teneatur. Quod si illarum rerum domini dignosci non
 possint, tunc secundum Sanctum Thomam 2. 2. q. 66.
 art. 5. cui plures alii Theologi subscribunt, sunt ille
 pauperibus eroganda, vel in alios pro usum infum e-
 cæ. Ratio est, quia rerum illarum non definit e-
 dominius qui eas amisit, ideoque, si ipsorum restitui ne-
 queant, saltem restitui debent illis, quibus vellet præ-
 sumitur, nec est autem, qui amissam rem suam non
 male pauperibus dari, quam in alios usus expendi.

2 Non debent tamen doctores, qui sententiam con-
 trariam taceant, & sicque res illas inventas domi-
 no minime componente potest diligentem inquisitionem
 ab inventore posse retinere, cum nullo jure naturali
 est Ecclesiastico, & prohibetur. Ita Sotus, Medina,
 & alii apud Laymann lib. 3. de Jus. tract. 1. cap. 5.
 qui recte concludit quod hæc posterior sententia est
 probabilis, & in præiura præsertim cum secundum
 illam, ut monet Navarrus cap. 17. num. 170. potest in-
 ventor, si aliqua egesset labore, sibi met. rem inven-
 tam aut partem illius retinere, maxime de consilio
 prudentis Confessarii, & ejus erit determinare quod
 in ejusmodi casu magis expedire videatur.

BELLIUM

2308 **Q**uando justum, dictum est de num. 10. In
 bello iusto, bona capta, si sint immobilia,
 sunt Principis; si mobilia, jure gentium sunt capientis
 iuris; jure tamen civilis sunt prius ponenda in com-
 muni, & postea a Capitaneo dividenda militibus juxta
 merita, ut est animoliosus sants nisi aliter consuetudo
 ut iniquiquis, quod capit, retinet, vel ut mobilitum
 pars cedat Principi, aut communitati.

2309 Excusatur miles trirerium, dum navim
 Turcaram accedentes, aliquid pro se furripuit; nam
 Princeps non præsumitur rationabiliter invitus, sed pot-
 ius permittit ad animandos milites, quipso co prop-
 riam exposuerunt vitam, eo maxime quia major pars
 illi cedit. Hinc Dures videt, sciunt, & dissimulant;
 capessit autem non concedunt, ne libertate militari,
 licentia daret, omnia pro se furripiant. Bonac. disp. 3.
 de contrah. quæst. 2. p. 4. num. 9.

2310 Cæterum pravis est, ut quidvis extat in parte
 superioris navis, vulgo supra coquidæ, sit militum.
 2311 Restitutio iuris licita, si certo consistat, a civi-
 bus utriusque regionis esse illarum demum civibus ut-
 riusque regionis, quod non possit alia vi compensari.

2312 Si bellum sit iniustum, bona capta particula-
 rium sunt retinenda, non communitati; sed propriis
 dominis, si fieri possit.

Si bellum sit utriusque parte iniustum, tunc hinc in-
 de capta non sunt retinenda, sed compensantur. A-
 larius lib. 7. verb. bellum, num. 4.

Si bellum putatum saltem constet postea fuisse ini-
 ustum, teneatur ad restitutionem bona, que extant
 aut in que facti sunt divites, &c.

2313 In bello iusto, licet hostes, & quos innocentes
 putas, aggredi, quia ipsa aggressio est defensio. Sotus.
 Non licet tamen eos ex intentione occidere: licet
 vero spoliare, aut capere ad debilitandum hostem,
 cum sit in eis utilitas.

2314 Mobilia, imo & immobilia in bello justo ca-
 pta, si compensationem damnorum excedant, non sunt
 resti-

restituenda, sed retineri possunt punitionis titulo. *Molina disp. 117.*

2315 Urbs fidelium non debet in pradam dari: nisi necessarium iudicetur ad expediendum bellum, ad milites animosiores reddendos, & hostes terrendos. *Molina disp. 121.* Et tunc ea in pradam datur, omnia bona publicia diripi, etiam innocentium, quia iustitia belli non tenetur illud discutere, sed tota Urbs hostis praesumitur. *Cajet. verb. Bellum, v. 6.*

2316 Bona Ecclesiae & personarum Beneficium non possunt diripi, nec occupari: quod si fiat, sunt restituenda, & reparanda damna: quia non sunt membra Reipublicae temporalis, nec hostes, ac inde obediendum Civitatis, aut Principis, eorum bona occupari non possunt. Occupari tamen possunt vidualia intra Monasteria despoli ab hostibus. *Mendo.*

2317 In bello iusto licet Urbem incendere, si aliter capi non potest, quamvis multi innocentes cum occisibus occidantur: quia non dicitur occidit. *Sous de iur.*

2318 Item possunt a Principe reperti expensae recuperatione facere.

2319 Hostibus vidualium et tributa imponere in compensationem, aut poenam.

2320 Obsequies, vulgo *obsequia*, si sint de numero necientium, violata ab hostibus, sed postea occidi. *Vid. n. 2321.*

2321 Capti in bello iusto possunt fugere, ac non possunt dominum insequantibus vi resistere.

2322 Possidentem vidualium non licet innocentes occidere: sunt tamen servi, capti in bello cum infidelibus.

2323 Clerici, & Religiosi possunt sacramento ministrare. Item urgente necessitate moenia, & portas custodire, imo ad id in reperto bello tenentur, *ex cap. & v. 2.* An non licet propria manu pugnare, nisi se defendendo: *id. n. 2324.*

2324 Si aliqui ad Ecclesiam confugiant, ut inde pugnent, possunt a praesentibus ex adverso invadi, & occidi, & extra, qui violeatur immunitas: quia illi inde pugnantes se reddiderunt immunitatis exceptores: ita *Mendo n. 7.*

2325 Similiter si Princeps fit Clericus, potest ex iusta causa indicare bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requirere parare: ac non potest propria manu pugnare.

2326 Licetum esse bellum indicare haereticis ob solam haeresein, in quantum subiant pacem Ecclesiae, & Reipublicae. Barbaris ob barbariam. Infidelibus, si immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel si fidei Praedicatores nolint admittere, vel eis transire ad alias provincias denegent. Et Idololatriam ob solam idololatriam, & iuris naturae violationem. Ita *Mendo in Epit. no. 10.*

2326 Miles peccat mortaliter, si fugiat, aut suam stationem relinquat, etiam si inde vitae periculum, nisi nulla sit spes, ut possit conservari.

2327 Militi agrotanti debetur stipendium.

2328 Capitaneus non possunt titulo compensationis pro fidei odium dimittit, aut male soluto, tot milium fida nomina scribere, quos summum ad suppleendum stipendium, *Ardickin l. 2. p. 2. n. 9. c.* contra Lessium, quia est contra regulas compensationis, ob maximum, & evidens damnum Reipublicae, & Patriae, quae inde periclitari possent.

2329 *Ardickin in cit. dos mot. 1.* Principem Parenfem aliquibus Patribus Societatis respondisse, non esse faciendum scrupulum Capitaneis ob quantum, aut quae plagas mortuas, 2. *Usum militum recepto Capitaneis concedi locum mortuum pro duobus, aut tribus famulis, & unum pro fratre, esse famulos ad se non habere.*

At hoc secundum notum non est componendum cum primo, quia est defectus notabilis militum, etiam quem non potest rationabiliter praesumi indulgentia Principis.

2330 Non possunt Commissarii capitaneis & militibus aliqua oppida onerare, ut ab aliis quo se redimunt, pecuniam accipiant. *Ard. citat. 9.* Quia tenentur iustitiam distribuatim servare, ut aequo quantum fieri potest, locum graventur ius autem ob pecuniam ab aliis acceptam,

magis reliqua loca gravarentur, quod est iniustum, nisi pecuniam illam in gravatorem levamen impendant.

2331 Fabulatio non est licita militibus, & aliis in terra non hostili, amicum scilicet, aut laboratorum exercendo Principis, si pabula sufficientia advehantur, aut possint emi, quia non aliter habet miles ad aliena pascua, quam ad plenum panem. Ita *Lessius.*

Si autem pabula, quae ducuntur, non sufficient, & non possint ab inopiam emi, quamvis non deficiat, aut dicant, adesse receptam contumeliam libere pabulandum, quando pro utilitate Provinciae bellum geritur, in quantum hoc onus sit commune, & compensatur emolumentis periculi, & periculis, ut refert *Ardickin cit. p. 2332.* Redditi dico cum eodem, unde *id. cit. p. 2332.* Ratio ratione extreme necessitatis, quia omnia sunt communia, cum hoc tanquam, ut cum primum exequi potest, fiat compensatio illi, qui enorme damnum est patitur ratio est, quia extrema necessitas transferit absolute dominium in iudicem, in rebus ordinariis, quae putant bonum privatum alterius concurrere: in rebus vero extraordinariis, seu magni pretii, non transferit absolute dominium, sed solum factus, ut indigent subleventur, quod obtinere potest per mutuum, aut commodatum. Rationem praedia aequitas, & prudentia, & modum moderatrix legum, quae non sufficit, ut ob extremam necessitatem indigentem deparaverit familiae: hoc namque cedit in grave Reipublicae damnum, & inde contra bonum publicum, quod privatum praevaleat.

Q U E R E S

2333 *An mercis, & bona mobilia extraneorum amittantur, quae recepta fuerint intra navium captum hostium, possint iure belli incorporari?*

Certum est ex dictis, iure belli iustum bona capta hostium, five mobilia, five immobilia incorporari, & ipse hostes captos fieri servos, aut captivos in fidei Christiani. Hoc praesumo.

2334 Dico non posse incorporari, si conficit esse bona extraneorum, sed reddenda eis propris dominis, *Molina disp. 121. Con. 3.* quia Rex nullum habet jus in illis, cum non sint partes Reipublicae inimicae.

Unde, si parans invincibilis esse hostibus, bona fidei incorporaverit, deveniendo in notitiam, quod sint bona extraneorum, tenetur dominis restituere bona, quae extant, aut id, in quo factus est datus.

Insuper illa sententia tenetur ad restitutionem uti ementes a fure. Quod si non conflet, possunt emere quia ad fidem spectat condonare, an sint bona aliena.

P R E S C R I P T I O

2335 **S**eu ut supra, *est acquisio domini rei alienae per possessionem eius certis temporis spatii legitime definita continuata.* Ad licite praescribendam rem tres conditiones requiruntur. 1. *Bona fides,* ut qui praesidentem iurem esse suam, seu nesciat esse alterius. Unde *ex Reg. de Regali iur. §. possessor male fidei nulla tempore non praescribit.* 2. *Titulus,* saltem probabitur praesumptus, v. gr. successio, donatio, emptionis, & c. 3. *Continuatio possessionis per certum tempus a lege praescriptum.*

2336 Pro nobilibus, ut sunt vestes, pecunia, animalia, nave, & c. requiritur tempus trium annorum cum titulo, & bona fide. Nisi sit res futurae, de quibus infra.

2337 Pro immobiliis, qui scilicet in eadem civitate, ac territorio habitant, requiritur tempus decem annorum cum titulo. Inter absentes, qui scilicet in diversis territoriis habitant, tempus viginti annorum, si adfit titulus. Recte addit *Pibing lib. 2. tit. 26. §. 2.* Quod si praescribers sit per partem temporis praesentem, per partem absentem, sit certum tempus absentiae, & praesentiae, ita tenent, ut anni abente dupliciter adeoque, si quatenus immobilis ultracip, si per quatuor.

quinque praesentem, reliquo tempore absentem, quindecim anni ad eam praescribendam.

2338 Res furvae, & res vi potestae nunquam praescribuntur, nisi purgato vitio ita ut non solum ipse fur, sed neque quisvis alius secundus, aut tertius bona fidei possessor, qui ab eo quovis titulo accepit, ut supra potest, & contra res furvae, & infidae, & 2339 Vitium rei purgatur dupliciter. Primo, per reditum rei ad dominum: si enim res ad suum dominum rediret, potest postea ab alio bona fidei possessore tempore ordinario utraque. Secundo, per bonam fidem, & tempus longissimum, videlicet triginta annorum. Et ita qui rem a fure, aut a vi possidente, bona fide accepit, & maxime tertius, qui non a fure, sed ab alio bona fidei possessore accepit, potest rem praescribere, minime tempore ordinario, sed extraordinario triginta annorum, *ex l. unum, §. 2. §. 2. in rem, Cod. de praescript. 30. annorum, Card. de Iugo tom. 1. de iur. disp. 7. §. 2. b.*

2340 Qui inde probabiliter docet n. 191. de ipso fure, quod possit rem illam praescribere tempore originaria annorum post bonam fidem supervenientem. Possent enim furi advenire bona fides, puta si Confessorius putatus doctus et diceret, se possit licite rem illam accipere, tunc inciperet esse possessor bona fidei, & ex tunc inciperet praescribere, non quod tempore ordinario, sed extraordinario, vitium namque intricatum rei obstat ad praescriptionem ordinariam, minime ad extraordinariam longissimi temporis cum bona fide. *De Iugo citat.*

2341 Res immobiles sine titulo, sed cum bona fide, inter praesentes, quam absentes praescribunt tempore triginta annorum, si sint privatorum, *Pibing citat.* Haec de rebus privatorum personarum, 2342 Contra Principem, Fideum, & Ecclesiam, pro immobilibus requiritur majus tempus, de quo *Iurista, de Lugo, & Pibing citat. iuse.*

Contra Ecclesiam Romanam pro immobilibus requiritur spatium centum annorum, contra Ecclesiam inferiorem spatium quadraginta annorum, pro mobilibus sufficit inde tempus trium annorum, quia pro illis nulla Ecclesia habet privilegium. *Can. Alim, & penult. 16. q. 3.*

2343 Quibus praesentis conditionibus, si postea committatur dominus, non potest rem ab eo qui eam praescripsit, repetere, quia iam translatus est dominus, quae lex praescriptionis introducta est iure civium in penam negligentiae: & ne rerum dominia diu incerta, ac suspensa remaneant, ut sic condonari possent, & eviterit litibus, ob quod bonum publicum Princeps, qui habet potestatem disponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem praescriptionis constituit. *Fagnanus lib. 3. cap. de iur. num. 53.*

2344 Qui sunt Domini incapaces, uti Religiosi, non possunt circa res corporales praescribere, item res factae non possunt praescribi. Servitus non potest praescribi, libertas vero a servitute mancipii praescribitur per spatium annorum viginti. Debita praescribuntur per spatium triginta annorum. *v. n. n. 244.*

CONTRA ONUS MISSARUM

2345 **P**robabilius mihi est contra Tamb. quod non possit dari praescriptio. 1. Quia sicut onus Missarum non potest contra Sacerdotem praescribi, quatenus non patitur acquiri, ut, qui bona fide putavit se servum, advertens tunc non esse servum, in servitute perdidit; ita nec Sacerdos, aut haeres non tenet contra onus Missarum praescribere, quatenus non potest contra onus Missarum detur detur detur in Purgatorio carceribus detent. omnino desistantur sacrificia illis, quibus ipse in hac vita, aut sui 300. illis conuenerunt; & Sacerdos, aut haeres non tenet gaudere, unde ipse plorat. 2. Quia ex iure non possunt dari statu pupillari praescribi non *Examen Ecclesiarum.*

potest: antea autem Purgatorii, quoad satisfactio eis datur, sunt pupillae, quia sicut pupilli ob defectum testatis, ita antea ob defectum status rem vana gerere non valent: unde sic negligentia, aut cautela tutoris non potest cadere in deservitum pupilli, ita nec negligentia, aut cautela haereditum, & c. in detrimentum animarum, adeoque contra eas non datur praescriptio, nam praescriptio est introducta in penam negligentium suo proprium, nulla autem negligentia potest imputari apibus, cum alia voce clamare non valeant, nisi illa *lib. cap. 19. Miserrimi mei, & c.*

EXEMPLUM PRÆSCRIPTIONIS.

2346 **S**unt novem anni, ex quo Petrus bona fide, & titulo successione possidet domum quandam, & percipit fructus, modo facti esse Pauli praesentis, ad quid tenetur?

Dico tenere restituere domum, quia non est clausum decennium, item & fructus illos ultimos, qui non compleverunt triennium, si extant, aut id, in quo ex illis factus est ditor: non tenetur autem restituere fructus sex annorum priorum, quia cum pro eis sit clausum tempus triennium, iam sunt praescripti: neque in quantum restituere fructus a triennio infra, minime a decennio supra, vero fit clausum decennium, ad nisi tenetur, quia iam domum praescripti, & fructus, quos inde acquirit, ex re sua acquirit. *v. n. 2348.*

CONJUNCTIO

2347 **R**ei unus res alterius potest contingere quatuor modis. Per alivionem, adunctionem, confusionem, & admixtionem.

ALLUVIO

Est duplex, *Latens,* qua pars fundi unius insensibiliter fundo alterius adiungitur *Patens,* qua pars fundi unius vi fluminis in alterius fundum transfertur. Argumentum fundi scilicet per latentem alivionem est ejus cui adiungitur, per patentem est ejus, cuius est.

Insula per alivionem de novo nata. Si fit nata in alto mari, quod sub nullius dominio sit, est primi occupantis. Si in medio fluvio duo dominia dividente, dividitur inter eorum dominos. Si in eodem fluvio, sed prope unum agrum, est tua. Si prope agrum tui vicini, est illius.

ADJUNCTIO

2348 **E**st, qua res unius addebitur rei alterius, ut si pars vedis unius consuevit veli alterius, seu ganna unius annulo alterius. Adjunctio est rei, quae discerni potest, & separari: alius est confusio, vel admixtio.

Res adjuncta est domini, cuius est, cinque restituenda, quia discerni potest, & separari.

Edificia, & plateae solo alterius bona fide adjuncta, sunt domini fundi, qui tamen tenetur solvere expensas. At si mala fide adjuncta, nisi tibi debeat.

CONFUSIO

2349 **E**st, qua res unius rei alterius conjungitur, ut si pars vedis unius veli alterius pars, quae unius sit, & non alterius: ut cum vinum unius miscetur cum vino alterius: lana unius cum lana alterius, & quibus panibus interitur. Si confusio est facta casu, ut res diversa detur detur detur, ut res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut neciente, res est ejus, cuius est major pars, cum onere reddendi affirmationem partem alterius: quia pars minor est accipienda, ac proinde sequitur praesentem. Item de de pretio, pittura in vii tabula aliam. *Idem de de pretio, pittura in vii tabula aliam.*